6
28 N
5

TORELLI SARAYNAE VERONENSIS LEG. DOCT. DE ORIGINE ET AM- plitudine ciuitatis Veronæ.

Eiuſdem
De viris illuſtribus antiquis Veronenſibus.
De his/qui potiti fuerunt dominio ciuitatis Veronæ
De monumentis antiquis vrbis/& agri Veronenſis
De interpretatione litterarum antiquarum.

Index prætetea huius operis in calce additus eſt.



VERONAE. M. D. XXXX.

Ex Officina Antonii Putelletí.

NON SINE PRIVILEGIO.

S. Andrea della Valle.



A D LECTOREM.

HIC Te admonendum Lector putauimus, quod ante hanc noſtram impreſſionem, quidam Sebaſtianus Sergius Bononienſis inter mulrorum locorum antiquitates, quarum uolumen ab ſe compoſitum dedit. Veronenſium etiam monumentorum aliquot ſe antiquarium profeſſus eſt, quæ, quia ipſe non uidit, imprudenter fortaſſe ab alterius incuria ſumpta, aut non recte deſignauit, aut non cognita ſubticuit. Atq; ideo, ſi quid erit hoc noſtro in libro compertum ab eo diſcrepans, Scias in hiſce noſtris expreſſa eſſe, quæ uera ſunt, & germana, quemadmodum uel incola Veronæ certior fieri potes, uel peregrinus, ſi tibi quandoque u. ſuro Veronenſes antiquitates adire contigerit. Bene Vale.

Ioannis Cottæ Veronenſis.

Verona, qui te viderit
Et non amarit protinus
Amore perditiſſimo,
Is credo ſeipſum non amat,
Caretq; amandis ſenſibus,
Et odit omnes gratias.

Hieronymus auàtius Veronẽſis.

Mihi ſuccinere liceat,
Verona, qui non viderit
Te, ſed Torellum legerit,
Ad te volabit geſtiens
Tantas videre gratias.

[stamp]

Ad Sp. Iu. Doct. D. Torellum Sarraynam Coſæ Turoni.

Quæ prius exciderant, quæ vix monumenta manebant,
Reſtituis patriæ tot Sarayna tuæ.
Per te geſta virum, per te patet vrbis origo,
Vt patriæ dici iam mereare pater.
Marmora, longa dies, rabies & barbara perdet,
At non vlla tuum vis abolebit opus.

Ciuica debetur Taurello, qui vnus in hoſtem
Arma ferens, patriæ reſtituit patriam.
L. M.

Ioannes Auogarius.

Si quis ſcire optat noſtræ qui iecerit vrbis
Fundamenta, & item qui amplificarit eam.
Indicat & nomen quæ ſimplex littera, quæq;
Olim squallebant, nunc monumenta nitent:
Quiq; viri illuſtres fuerint pro tempore, quiq;
Vrbem rexerunt, & quot olympiadas,
Hoc opus euoluat: Sarayna ex ſtirpe Torelli,
Eſt lectura, vlla non peritura die.

TORELLI SARAYNE VERONENSIS LEGVM

doctoris de origine & amplitudine ciuitatis Veronæ ad Reuerendiſſimũ in Chriſto patrem D. D. Ioannem Matheum Gibertum Epiſcopum Veronæ.

LIBER PRIMVS.

QVum ex dicto illo ſiue præcepto Platonico non ſolum nobis nati ſimus/ſed & patriæ/& amicis, ego quidem non ſolum illos commendandos exiſtimaui, qui ſuis vrbibus neceſſaria procurant/& parant, ſed & eos etiam qui eorũ, quę ad decorem pulchritudinemq; pertinent, curã gerunt: quo pacto & naturã laudare ſolemus, ꝙ in animantium geniturіs non neceſſariorum ſolum/ſed & pulchritudinis quoq; ſtudioſa eſt. Quare quum & ipſe patriæ meæ ſemper quacunq; in re poſſem prodeſſe ſtuduerim/iuuerimq; ſemper quantum in me fuit, commendandum poſtremo deſiderium meum ſore duxi, ſi pleraq;, quæ ad ſplendorem/pulchritudinem'q; illius attinent, ab iniuria temporis & quodammodo à morte defenderem/atq; in vita quantum poſſem/atq; in memoria hominum conſeruarem. Vrbium autem ornamenta inter cætera ſunt earum origines ſi præclaræ ſint/& antiquæ, tum & ædificiorum magnitudines, ac demum illuſtrium virorum nomina/ingeniaq;, quæ omnia Veronam vrbem abunde inter alias Italiæ ciuitates habuiſſe videre quidem licet, partim ex iis, quæ adhuc extant, & quaſi viuunt, partim ex iis, quæ quodammodo interiere, in hiſtoriis autem/& memoriis hominum adhuc viuunt. Igitur operepretium me facturum exiſtimaui, ſi & his, & illis labentibus opem ferrem: alia enim iam periiſſe videntur, alia ruinis/& tempori obnoxia/& indies collabentia in non paruo periculo eſſe. Quamobrem quum ſcirem, quæ in ſcriptis viuunt diuturniora eſſe poſſe q̃ marmora, mecum ipſe decreueram antiquitates omnes, quæ tum in ciuitate/tum in agro extant/necnon & alia ornamenta, quæ ex hiſtoriis colligi poſſunt, ſcriptis mandare/ac legenda cunctis emittere: Verum quum conſiderarem nec ea ſcripta diu viuere conſueuiſſe/quæ leporibus linguę ornamentisq; quaſi anima priuata carerent deſiderium hoc meum diu repreſſi, qui ſcirem me in forenſibus negotiis, & dicendis cauſis magis verſatum ab omni ſcribẽdi ratione longe abeſſe/temerariumq; potius exiſtimari poſſe, ſi tantum arrogaſſem mihi, ſed certe timorem hunc amici mei omnes quibuſcum iſta communicaueram non mediocriter reprehendere temerarium non eſſe/qui non ſuas ſed patriæ laudes quærat, caruiſſe ætatem noſtram hiſtoriis

non paucis/& quidem gratis,ſi Procopius/ ſi Blundus/ſi M.Antoni-
us Sabellicus,ad Titum Liuium,ad C.Cæſarem/ad Saluſtium reſpe
xiſſe viuere ſæpe ſtilum/ſæpe materiam/ſæpeq; euenire,vt ruditer ab
vno tractata ab alio eſpoliantur/vtrumq; autem commendari/hunc/
qui ornauit/illum qui inuenit.quæ omnia quũ & recte dicta/& vera
eſſe cognouiſſem/ſublato eo torpore/quo ardor deſiderii prioris diu
tepuerat,decreui tandem quæcunq; collgiſſem vrbis noſtræ illuſtria
monumenta in lucem edere qualicunq; tractata ſtilo fuiſſent, ac ti-
bi Giberte religioſiſſime Antiſtes pariter illa omnia dicare, qui an-
tiquis illius ornamentis recens quaſi decus quoddam ingens addi-
tum,ſanctitate doctrinaq; adeo illam illuſtras,tum ita diligis/& fo-
ues/adaugesq;/vt & antiqua ſibi illa,& noua gaudeat/ & gratuletur.
Quapropter nec illud dubitaui te vti ea,quæ tantæ vrbi neceſſaria
ſunt,magna ex parte curas/& prouides, ita & ornamenta illius,anti-
quitatesq; læto animo accepturum/& quaſi filiam ſuis dotibus deco
ratam amplexurum. De his autem per diagolum ſcripſi,quo delecta
rent magis:& quo pacto initium huius contemplationis primo cœ-
perit,nam quum ſuperiori anno multi ex amicis,clientibusq; nouo
vere ad me conueniſſet,multaq; ac varia inter nos dicta fuiſſent, pla
cuit omnibus/tum exercendi corporis/tum leuandi animi gratia, in
diui Ioannis montem aſcendere,quo conſueueramus ob nimiam lo
ci amœnitatem ſæpe conferri.Ergo quum in locum conueniſſemus,
& quaſi feſſi in ſumma ſpecula conſediſſemus, vnde & totius vrbis
deſpectus:& labentis Atheſis / & plana camporum,atq; amœna late
patebant, quam recte tum inquit Iacobus Villafranca, qui vnus e
congerronibus,atq; idem vrbaniſſimus / ac ſatis doctus conſedebat,
quam mire Galli locum hunc delegere, qui primi tantam vrbem
condidere, qua amœniſſimus late labitur Atheſis,colles placidiſſimi
adiacent / camporum tantum protenditur, ſed tu quid ſubriſiſti?
TOR. Commendandos nimirum & ipſe arbitror primos illos/qui
ſedem hanc magnæ futuræ vrbi delegere:quod vero Gallos eos fuiſ-
ſe exiſtimes,equidem non potui non ſubridere,quum vidiſſem ean
dem te in foueam lapſum/in quam & multi alii cecidere ex Iuſti-
ni vt opinor verbis. IAC. An aliter fortaſſe tute exiſtimas?
TOR Aliter prorſus/& longe. IAC. Falſa igitur Iuſtinus ſcri- Iuſtinus
pſit/& Trogus, a quo ille accepit. TOR. Potes ne eius verbo- lib.xx.
rum reminiſci? IAC. Poſſum equidem,ac niſi fallor hæc ſunt. His
autem Gallis cauſa in Italiam veniendi,ſedesq; nouas quærendi/inte
ſtina diſcordia / & aſſiduæ domus diſſenſiones fuere: quarum tæ-
dio quum in Italiam veniſſent ſedibus Thuſcos expulerunt,& Me-

diolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Veronam,
Vincentiamq́; condiderunt. Thuſci quoq; duce Rheto auitis ſedi-
bus amiſſis alpes occupauere, & nomine ducis gentem Rhetos ap-
pellauere. TOR. Sunt certe hæc, ſed age, ſi quæ de Mediolano Co-
moq́ dicta ſunt hæc minime vera oſtenderimus, quam fidem de Ve
rona habere videbuntur tibi? IAC. Minorem certe, ſed iam de Me
Dionifius libro. I. — diolano, & Como oſtende. TOR. Id agam, ſed vter potior videtur
tibi cui magis credas, Portius ne ille Cato primus, quem Dioniſius
Alicarnaſeus inquiſitorem diligentiſſimum rerum Italicarum uo-
cat, an Iuſtinus, ſeu, quem ille ſecutus eſt, Trogus? IAC. Catonem
Cato libro Originum. — ego quidem ſemper anteponendum cenſeo. TOR. Recte dicis. at
Cato in libro de originibus longe aliter de Mediolano ſentire vide
tur, cuius verba, ſi recte memini, hæc ſunt. Olanum ante a Thuſco-
rum duce, qui cum Orobiis Coloniis ibi primus inſedit. quorũ ori
go incerta, uti Comi, Bergomi, Licinophori, & aliquot circa populo
rum, inde ab inſubrum principe nomine Medo adaucta Mediola-
num nomen ſeruat. Ex quibus videre licet Mediolanum prius Ola
num uocatum longe ante Gallorum aduentum fuiſſe conditum, iti-
dem & Comum. quæ ſi ſint, quænam tibi de Verona ſupererit fi-
des? IAC. Minor profecto. ſed tamen certum oportet authorem eſſe,
qui Veronam a Gallis conditam non fuiſſe dicat, & eum quidem
authoritatis maioris quam Iuſtinum. TOR. non deeſt author Iaco
Cato de ori ginibus. — be, & ſi vno contentus non eris duos adducam, ac in primis quan-
do magnæ fidei eſt apud te Portius Cato, vide quæ nam ille de Ve-
rona ſcribat, verba eius ſunt hæc. Alpes omnes Italiæ Colonias Thu
ſchorum fuiſſe incolæ aſſerunt, & ab ipſis vel ducibus, vel capitibus
originum nomina gentibus, & locis indita, vt Rhetii a Rheto rege
Lydorum, & Veronenſes a vera Thuſcorum Colonia videtur ne igi
tur credere Cato Veronam a Gallis conditam? IAC. Non mediusfi
dius, ſed quinam alius eſt author. TOR. Is, quem paulo ante dice-
C. Sempronius. — bas? C. Sempronius, qui eiſdem fere verbis ita ſcribit. Hinc circa La-
rium Lacum a principibus dicta Vallis Vulturena, & Verona a
vera Thuſcorum familia. IAC. Grauis nimirum vterq. author.
Verumtamen non poſſum ſatis mirari Iuſtinum, & Trogum alio-
qui & ipſos non paruifaciendos Hiſtoricos aliter de Verona ſcripſiſ-
ſe. TOR. Deſine mi Iacobe admirari. Poſſunt enim & Portius Ca-
to cum Sempronio, & Trogus cum Iuſtino vera dicere, ſi res tota
conſideretur. Illud in primis conſtare debet, Tranſpadanam om-
nem regionem antiquiſſimorum Thuſcorum ſedem fuiſſe, quod &
C. Sempro. — Sempronius affirmat his verbis. Et quidem omnem Tranſpadanam

regionem

regionem Thuſcorum prolem fuiſſe inter omnes authores cõuenit,
manentq́; veſtigia vrbs Mantua,& reliqua. Cato quoque ita de hac C.Portius.
re ſcribit.omnia ſub Alpibus Transpadana loca priſci cõuenæ Thu
ſci miſſis coloniis tenuere,ab hisq́; multa loca nomina retinent, plu
ra deleuerunt Galli & reliqua.idem & Liuius,idem & Plinius affir- Liuius lib.v.
mant. Veronenſem autem agrum Thuſcorum ſedem fuiſſe multa Plinius.
præter prædicta monumenta confirmãt,nam & Catullus Benacum Catullus.
lydium vocat, ideſt Thuſcum. Circa Benacum porro oppida ſunt
adhuc,quæ nomina Thuſcorum ſeruant,ut Thuſculanum,& Ver- Vergilius.
gilius Ocnum filium Mantos fuiſſe, & Thuſci amnis,ideſt Benaci,
tametſi nonnulli ſint,qui de Arno flumine id intelligant. ſunt &
adhuc vina Rhetica in agro noſtro nomen antiquum ſeruantia a
Rhetis,qui a Gallis pulſi montana incoluere,de quibus ita Iuſtinus Iuſtinus lib.xx.
ſcribit, Thuſci quoque duce Rheto,amiſſis auitis ſedibus Alpes oc- Plin.lib.iii.
cupauere.Plinius prętere de Verona inquit,Rhetorũ,& Euganeorũ ca.xviii.
Verona. Hæc igitur ita ſtatuẽda ſunt,quibus ſi alterum illud addas
quod Cato dicebat,plura deleuerunt Galli,facile fortaſſe erit videre,
quomodo tam Cato,& Sempronius, q̃ Trogus,& Iuſtinus vera di- Cato.
cant,nihil enim prohibet & Veronam,& Brixiam, & Mediolanum
antiquiſſimas vrbes a Gallis dirutas fuiſſe, iis dico,qui primi Alpes
tranſcẽdere,mox ab aliis duce Breno eaſdem inſtauratas fuiſſe, quas
conditas Iuſtinus ſcribit.De hiſce autẽ,quæ adeo antiqua ſunt,tem-
pora ad amuſſim nouiſſe, eorũ eſt,quæ quodãmodo difficilia ſunt,
coniecturis autẽ quibuſdã magis ſunt credenda,atq; ita ego de Vero
næ origine exiſtimo.Tu quid exiſtimandum cenſes? IAC. Ita pror
ſus & ipſe iam adducor ut credam. Sed adhuc tamen vmbræ neſcio
quid in mentem mihi ingerit, quod Liuius ſcribit quum dicit.alia Liuius.
ſubinde Germanorum manus Elitorio duce veſtigia priorum ſecu-
ta eodem ſaltu fauente Belloueſio,quũ tranſcendiſſent Alpes,vbi nũc
Brixia,ac Verona vrbes ſunt,locos tenuere, quaſi Gallorum illorum
temporibus adhuc non fuiſſet cõdita,ſed poſt. TOR. Nihil in quo
hæſites debent Iacobe illa tibi inferre,quæ Liuius ſcribit, ſi enim for
te fortuna deleta fuiſſet Verona quum aduentarunt Galli, recte di-
xiſſet Liuius,vbi nunc Verona eſt,quæ tunc non erat,quum tamen
ante fuiſſet.quid ſi & ad futurum tempus reſpexiſſet hiſtoricus,ſciens
deleri vrbes, & mutari, quod ſi forte euenturum fuiſſet vt Verona
vllo tempore, uti alia omnia enata, interierit, æquum tamen fuit
locum docere,quem tunc tenuere Galli, hoc enim loquendi modo
ſæpe vtuntur, qui ſcribunt, quibusq́; ratio temporum ante oculos
obuerſatur. IAC. Ita eſto Torelle,non ingratum tamen illud effe-

ceris (quando & ſatis vacat,) ſi de Thuſcis illis qui colonias iſthuc primi miſere, planius aliquanto dixeris, qui nam illi fuere, & quibus temporibus aduenere, neq; enim & hæc te latere arbitror. TOR. Ad valde antiqua me reducis Iacobe, tamen dicam quæ legiſſe memini apud Catonem, Sempronium Beroſum cōpluresq; alios dignos quidem omnes, quibus indubitata fides adhibeatur, imprimisq; illud ſtatuendum eſt, ac pro certo accipiendum a nobis, ſi prædictis credimus, Ianum illum priſcum ab Italis pro Deo habitum, eundem & Ogygem priſcum, & Noa, ſeu Noe Hæbreorum vocabulo dicere velis fuiſſe, qui cum filiis Seno, Cameſe, & Iapheto, ac eorum vxoribus ſuperſtitit a Diluuio circa montes Armeniæ: propter quod & Galli mox vocati Sagarum lingua fuere. Gallum enim vocabant ab aquis liberatum. Sub hoc Iano recenti mundo pura illa vixit ætas, quæ aurea dicta eſt, annis ferè ducentis & quinquaginta poſt Diluuium. Sub initium igitur aureæ illius ætatis creſcente iam hominum ſobole, Ianus cum paucis quibuſdam in Italiam venit, partemq; illam tenuit, quæ Vmbria dicta eſt, primiq; illi, qui eam partem coluere, Aborigines dicti ſunt, partim opinor, quia ante illos nulla prior in Italia origo fuerat, partim quia primis illis incolentibus nemora, qui naſcebantur è truncis & arboribus, quaſi primo erumpere videbantur, vnde illud.

Gensq; virum truncis, & duro robore nata.

Mox vero Ianus in Armeniam reuerſus, colonias per orbem diſſeminauit, ac ad complendam Italiam comerum Gallum Iapheti filium cum Crano Racenuo, quem filium ipſe Ianus poſt Diluuium ſuſceperat, cum Coloniis miſit anno poſt Diluuium circiter centeſimo, ac quadrageſimo: qui eandem partem incolens, non ſolum Vmbros adauxit, ſed & Hetruriam totam: propter quod Hetruſci antiquiſſimi in tota Italia fuere, & eorum Vmbri, qui & Aborigines. Poſt ea tempora & Cameſes in Italiam delatus eſt, ac Comero ſeu mortuo, ſeu ab eo fugiente totam Hetruriam rexit, ac ſceleribus corrumpere cœpit, corrupiſſetq; aureum illud ſæculum, niſi rurſus Ianus ex Armeniis in Italiam rediiſſet, abdicatoque Cameſe a regimine, ipſe gentem ſeparaſſet, ſeorſumq; Aborigines iuſſiſſet viuere a cæteris Thuſcis. Poſt quem paulopoſt & Saturnus, qui & Sabatius ſaga dictus eſt, frater Nembroth Saturni babylonici, & patruus Iouis Beli, in Italiam conceſſit fugiens arma Iouis Beli, qui eum diu perſecutus fuerat: per quos conſeneſcens iam aurea ætas, quantum potuit, ſuſtentata eſt. Ergo per ea tempora coloniæ, quæ iam in Hetruria

contineri

continerī non poterant, per totam Italiam deductæ fuere e quibus
duæ magnæ ſunt, quæ in Tranſpadanam regionem miſſæ, potuere
Veronam vrbem cōdidiſſe, altera Volturrenorum fuit, altera Rheto
rum. Hæc autem poſterior fuiſſe videtur: Vtroſq; autem tam Voltur
renos, quam Rhetos vſque ad Atheſim imperium extēdiſſe conſtat:
nám de Volturrenis ita Sempronius ſcribit. Lacus Hetruſca origi-
ne dictus Larius, ꝙ a patriciis Volturrenis omnia ea loca principio
poſſeſſa fuere vſque Veronam. De Rhetis autē Pl. ſcribit Rhetorum Plin.
& Euganeorum Verona. Ex his igitur Coloniis ego quidem credide
rim & Adriam Coloniam, & Veram illá, a qua Verona dicta eſt, ef-
fluxiſſe. Magis autem e Volturrenis, quam Rhetis, author eſt Strabo,
quoniam idem Sempronius quaſi conſtitutas Colonias dicit: Hinc
circa Larium lacum, e principibus dicta vallis Volturrena & Vero-
na a Vera Thuſcorum familia: Veram præterea Hetruſcam, fuiſſe au-
thor eſt Strabo, & Sēpronius. Veram quoq; familiá a Thuſcis origi-
nem traxiſſe, Publius Capitolinus affirmat in vita Veri Imperato- Iulius Capitolinus.
ris, cuius verba hæc ſunt. Origo eius paterna pleraq; ex Hetruria fu-
it. Hetruria eſt nomen ciuitatis, quæ appellatur etiam Volturrena.
quod affirmat Portius Cato inquiens. in his Volturrena ſub radici- Portius Cato:
bus Cyminis iacens, cognomine Hetruria: Vnde Myrſilus Lesbius Myrſilus Lesbius.
de origine Italiæ ſcribit Hetruſcos multarum coloniarum authores,
& Tetrapolis Tyrrhenorum Hetruria eſt prima, & Tyrrheni ſoli ve
tuſtiſſimi in Italia, & Romani aſſerunt Hetruſcos vetuſtiſſimos au-
reo ſeculo natos, a quibus aras, ritus, diuinationes, colonias, & di-
ſciplinas habuit priſca Italia, initio ſumpto a prima eorum Tetra-
poli dicta Hetruria, a quibus illos Romani Hetruſcos cognomina-
runt, ex hiſq; innoteſcit, ꝙ Volturreni habuerūt fines vſq; Veronam,
& Vera familia ex Hetruria, ſeu Volturrena eodē tempore has partes
tenuit. Atq; hęc ſunt Iacobe optime, quæ ego de Thuſcis qui loca pri
mi hæc tenuere, ac de Veronæ cōditoribus dicere poſſe videor. Tem
pus autem miſſionis Coloniarum trans Padum fuit tempore Man
chalei regis. xiiii. Aſſyriorum. xii. anno per Chitym Ianigenarum re-
gem, qui dictus eſt Italus ob ingenii excellentiam, a diluuio per an-
nos. dclxxx. & antequam Dardanus interfecto fratre Iaſio Italia rece
dens, iuiſſet ad condendum regnum Troianorū, quod fuit anno vltí
mo Aſcatatis. xviii. regis Aſſyriorū, & ſic per annos. cviii. poſt, vt ex
Beroſo Caldeo elicitur, incipiendo a Diluuio, deſcendēdo per reges
Aſſyrios, & dicti Ianigenæ, de quibus loquitur Beroſus, cōſecuti fue- Beroſus cal. libro. v.
runt nomen a Iano primo eorum rege, Nam loca & regiones mutát
nomina, ſeu ea aſſumūt a regibus. Deinde appellati fuere Tyrrheni.

deinde Thuſci. IAC. Scire vellem Torelle, qui nam fuerint iſti Euganei, qui habitarunt partem huius vrbis. TOR. Scias Euganeos populos in Italiam aduentaſſe cum Hercule Libyo, vt inquit Plinius, & M. Antonius Sabellicus, incolueruntq́ regionem, quæ nunc Venetia dicitur: Qui ab Antenore & Henetis expulſi ad montana loca ſe reduxerunt, vt affirmat Liuius: Et ex hoc aperte demonſtratur Veronam fuiſſe ante aduentum Antenoris in Italiam, & excidium Troiæ: Nec credas Herculẽ, de quo ſupra memorauimus, fuiſſe Herculem Amphytrionum, de quo fabulantur græci, ſed fuit Hercules Oſyridis filius, qui tẽpore Balei. XI. Aſſyriorum regis Italiam petiit, vt refert Beroſus, cuius hæc verba ſunt. Hercules Oſyridis filius, cui nomẽ eſt Libyus cum in Italiam per celtas tranſiſſet, expulit leſtrigones Italia, & ibi pacifice annos viginti regnauit, multaq́ illis oppida a ſuo nomine & cognomine fundata nominauit, & loca aquis impedita, habitationi hominũ cõmoda fecit: & in Celtiberos reuerſus eſt: De quo etiam Herodotus ſcribit, quod fuit per ætates quinque anteq̃ Hercules Amphytrionius natus eſſet in græcia, qui fuit maximus Pirata, & vixit annis. LII. & periit igne, vt ſcribit Manethõ Aegyptius. Hæc quum dicta fuiſſent, inclinato iam ſole viſum eſt omnibus cedendum, ac rurſus die Craſtina ſimul conueniendum.

Plin. lib. 3. cap. xx.
M. Anto. li. I. Aene. vii.
Liuius lib. I. dec. I.
Beroſus li. 5
Herodotus li. ii. cap. iiii.
Manethon ægyptius.

DE AMPLITVDINE CIVITATIS LIBER SECVNDVS.

Poſtero die, quum primos radios Sol emiſiſſet, ſereniſſimũq́ nobis apportaſſet diẽ, cõuenere ad me amici, clientesq́ heſterni, ac cũ his nõnulli alii: Factisq́ de more ſalutationibus, hodie inquit Ioãnes Nicola vir nobilis, & doctus, Niſi fallor Torelle de reliq̃s antiquitatibus vrbis agẽdũ ſupereſt: Tu vide vtrũ ꝑ otiũ ſedendo loquẽdũ ſit, an deambulandũ magis, & ad ſingula antiqua loca pergendũ. TOR. Deambulandũ magis, atq́ ſi videbitur vobis, primũ aſcendẽdũ, mox deſcẽdẽdum. IOA. Placet nimirum: Attu viam cape: TOR. Igitur, quum ad pontẽ conueniſſemus, qui Nouus dicitur, placuit oĩbus in Hemiciclo ſedendum, vbi locorũ omniũ iucũdiſſimus, & maxime varius cõſpectus eſt: Tunc Ioãnes, quũ omniũ paulíſper oculi oblectati fuiſſent, ſubterlabẽtẽ fluuiũ cõſpiciẽs, Quid eſt (inquit) Torelle, q̃ nõ vno nomine antiqui fluuium hunc appellauiſſe videtur. C. enim Sempronius, ac poſt ipſum Ptolemæus Atrianum fluuium vocant: Reliqui omnes, tum hiſtoriciq́ tũ & Poetæ Atheſim nuncupant, vnde & Vergilius Atheſim amœnũ dicit. TOR. Ita & ipſe ſcio vocari fluuium

Ptolemæus.
Vergilius.

modo

modó Atrianum modo Atheſim.cur autẽ ita factum ſit,diu mecum
cogitaui,ná nihil quidẽ(quod ipſe audiuerim)potui ex antiquis acci
pere,opinor autẽ Atriani nomen longe antiquitus fuiſſe,quam Athe Sempronius
ſis.Memini autẽ legiſſe apud Sẽpronium,Adriam, ſiue Atriam ciui-
tatem,quæ olim magna/amplaq; fuit,vbi nunc ager ferrariẽſis iacet,
cuiuſq; veſtigia adhuc parua quędam extát:Et nomẽ quoq; mutilatũ,
Adri enim vocát fuiſſe Thuſcorũ Coloniam:Et ab ea,nó ſolũ mare
A triaticũ/ſed & fluuiũ/qui pterlabebatur, Atrianum vocatum fuiſſe,
qui nunc Atheſis dicitur: Tametſi Strabo contra,potius vrbẽ à fluuio Strabo lib.7
nominatam fuiſſe ſcribat,quod verius videtur : qm̃ antiquiora ſunt
flumina,quá ciuitates:Sed certe & illud ſæpe accidit/vt ſimul & flumĩ
na,& ciuitates idẽ nomẽ ſortiantur, quod & Adriæ ciuitati/& fluuio
cõtigiſſe cenſendũ eſt:Legitur enim inter antiquos Hetruſcos reges Manethon
Atriũ vnum fuiſſe,à quo ego quidẽ crederẽ,& Coloniá Atriá miſſam ægyptius.
& vrbẽ cõditá/ac illi ſimul & fluuio pterlabẽti nomẽ ab eo fuiſſe in-
ditum/vocatumq; Atrianũ fluuium,& Adriam ciuitatẽ/ ſiue Atriam,
Vtrunq; enim legit́, qm̃ tanta eſt inter.D.&.T.germanitas, ut mutuo
ſe ĩpellát & elidát,vt ĩ Adraphaxi/quá alii Atraphaxim/alii Adrapha-
xim ſcribũt/:Et alii Endelechiam/ alii Entelechiam/& in multis aliis.
quod & vernacula lingua hac noſtra etiam nũc vſurpari conſtat,vt
in patre & matre/cõpluribusq; aliis: Ita ego exiſtimo de noie Atriani
fluuii. Quo autẽ modo/& quo tẽpore,idẽ mox Atheſis ſit appellatus:
Equidẽ nihil habeo, quod legiſſe apud antiquos meminerim . Illud
adhæc quæri poſſet num fluuius hic mediam vrbem interlaberetur,
queẽadmodum & in preſenti, an magis pter mœnia flueret : Videtur
enim ex Plinii verbis, Veronam vrbẽ noſtro amne diuiſam fuiſſe, C.Plinius.
quum dicit,Rhetorũ/& Euganeorum Verona:Quaſi partem oriẽta-
lem,trans Atheſim poſſiderent Euganei,Rheti vero occidentalẽ vſq;
ad Atheſim. TOR. Scias Ioannes, q flumen Atheſis tpe priſco vrbẽ
nõ interſecabat/verũ propè mœnia labebat́,vrbẽ ipſam relinquẽs ad
ortum Solis: Hoc patet ex fundamẽto latiſſimo muri p mediũ Athe-
ſim deducto nõ procul à põte Caſtri veteris, Quod & hyemali tẽpo
re decreſcente aqua conſpicitur. Cuius etiam(vt fama eſt)q̃plurima
inuẽta fuerũt veſtigia . Præterea Anno(ſi recte memini) M D X I I,
amnis ipſe adeo excreuit , vt aquarum exuperantium æſtuoſo impe
tu , pars murorum foſſæ Caſtri veteris fuerit . deiecta propè tem-
plum diui Zenonis /&,niſi tot murorum obſtacula fuiſſent , alue-
um reperiiſſet antiquiorem. Conſtat etiam,ex dicto Pauli Diaconi,
A theſim fluuium tantum excreuiſſe, vt circa Baſylicam diui Zeno- Paulus diaconus.
nis/ quæ apud Veronenſis vrbis muros ſita eſt, vſq; ad ſupremas fe-

neſtras aqua pertingeret:quamuis, ſicuti beatus Gregorius(pontifex enim poſtea fuit)ſcripſit, in eandem baſylicam minime penetrauerit, ſed vrbis mœnia ex parte illa,eadem ſubrupta ſunt inundatione. facta eſt autem inundatio hæc Kalēdis Nouembris. IOA. De his ſatis: Montem autem aſcendēdum eſt. His dictis viſum eſt omnibus cedēdum,& montis partem illam petendam, in qua fons eſt, qui à Ferro dicitur:ibiq; quum peruentum fuiſſet Ioannes Nicola. Ecquæ habes de his locis quæ referas Torelle? TOR. Non alia mehercule, quam quæ & vos videtis,ni forte illud conſiderandum ſit, quod ipſe vidi, quum propugnacula hæc à Venetis ſuperioribus annis ædificarētur, quo tēpore vrbs,pulſis Germanis,recepta fuit:In foſſis enim quæ tūc excauabantur, innumerabiles ſpeluncæ,& cauernæ reperiebant, quaſi tophus ille, per has veluti caſas,habitaretur.quam rem ego non ſatis potui admirari,ac certe exiſtimaui cuniculos illos eo tempore confectos,quo homines aureo ſeculo in montibus habitantes,caſas ſibi,& ſpeluncas foderant. Quam conſuetudinē Vitruuius approbat, cuius verba ſunt hæc.Homines veteri more, vti feræ in Syluis & ſpeluncis ac nemoribus naſcebantur,ciboq; agreſti veſcendo vitam exigebant.

L. Vitruuius lib. ii. cap. I.

Lucretius.

Vnde Lucretius de hoc inquit.

Sed nemora,atque cauos montes,Syluasq; colebant
Et frutices inter condebant ſquallida membra.

Iuuenalis ſatyra. vi.

Iuuenalis inſuper hoc affirmans ait.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris,viſamq; diu,dum frigida paruas
Præberet ſpelunca domos,ignemq;,laremq;,
Et pecus,& dominos communi clauderet vmbra:
Syluestrem montana Torum conſterneret vxor Frondibus &c.

IOA. Aliud etiamnū mi Torelle,mihi ſubiuit miraculū, Quū eodē in mōte foderetur,ſpectabantur Echini lapidei,Paguri,Conchæ,Cocleæ, Oſtrea,Stellæq; piſces:Auiū roſtra,& id genus alia paſſim multa,de quibus omnibus,quid nam putes libenter audirem. TOR. Ligna,oſſa, & alia multa lapideſcere memini apud Theophraſtum, & apud Pliniū legiſſe.Pōtanus vero aptius dicit. vidi lapideſcere Sarni Ceruleo ſub fonte alnū,feliciſq; maniplos. Quare & q Echini marini,& Cocleæ,& reliqua in lapides concreuerint diuturnitate tēporis, non ita mirandū eſt:Illud maiorem admirationē præbeat,quo nā pacto hæc,ſi viua quandoq; fuere,in hos montes aut delata fuerint,aut enata.Qua de re quid ipſe opiner non ſatis habeo quod referā: Dicā autē ea,quæ memini à peritiſſimo medico, ac prēſtantiſſimo philoſopho Hieronymo Fracaſtorio audiuiſſe,quū ego illū forte fortuna a

Theophraſt. Plinius. Pontanus.

me donatũ lapideo paguro egregiò quidẽ, ac pręgrádi rogaſſem, quæ
nam eſſet de hac re philoſophorũ opinio. Qui dicebat tres eſſe de hac
re ſententias, Vnam eorũ qui putarent Conchas haſce atq; alia id ge
nus, cõplura, ĩ mõtes iactatas fuiſſe, Quo tẽpore aquarũ colluuia mõ
tes ſuperauere, quá opinionẽ ſibi non probari profeſſus eſt, tũ quod
aquæ, quæ exuperarunt montes, non fuerunt maria / ſed inundatio-
nes è cœlo, tum quod oporteret videri conchas / & id genus alia, in
verticibus montiũ, aut ſi ſuper excreuiſſet terra, videri ſaltẽ certo ſolũ
tractu / qua tum vertices montium erant: Quod certe nõ liquido cõ-
ſtat, quádo erutis mõtibus, in quibus ſunt hæc, non vna ſolum parte
appareát, ſed etiá in mediis / & in imis / & vbiq;. Aliam ſentẽtiam eſſe
dicẽtiũ in mõtibus eſſe humorẽ quẽdam / & alicubi ſalſum / & variũ,
a quo ſæpe vera aĩalia maritima fiũt & quodámodo generant vt eſt
in Dactylis videre / q in mediis ſaxis naſcunt, & inde excauant. Inter-
dũ nõ vera aĩalia fieri / ſed quæ imitant vera / ná quẽadmodũ & natu
ra imitat ſpecies terreſtriũ in mari, ita ĩ mõtibus modo veras cõchas
fieri viuẽtes, ſed cõſimile quiddá, quod mox lapideſcit ob frigiditatẽ
circũambientis loci, Cuius ſignũ affirmát eſſe, ꝙ cõchę quantũ ad id
quod intra eſt, nõ planè aĩal referũt, ſed hanc quoq; ſentẽtiá nõ plane
ſibi placere aiebat, qm̃ lapidea hęc aut vnquá vixere, aĩantiaq; extitere /
aut nõ: Si qdẽ olim vixere, nõ iá iocat natura & imitat ſed verũ aĩal
facit, quale in mari gignit. At vero in mõtibus inter ſaxa eſſe eá vim
genitricem / quæ in mari, non ſatis rationabile videtur, præſertim in
grádioribus animalibus, quæ multa poſcunt: Cui rei addi & illud po
teſt, quod ſi olim genita fuiſſent oporteret / & nunc alicubi gigni / &
erui e montibus viuentia hęc animalia, quemadmodum & Dactyli,
Si vero nunquam vixere / ſed imitationes tantũ fuere verorũ animan
tium, Hoc certe contra ſenſum eſt: Eruũtur enim conchæ nõ paucæ,
quarum pars iam in lapidem cõcreuit, pars nundũ mutata eſt / ſed ve
ræ conchæ rationẽ habet, & teneritatẽ / & cũ reliquis mollitudinem.
Quare videre eſt illas olim veras fuiſſe cõchas, quod ſi id, quod intra
eſt in qbuſdam, nõ planè concham refert, Cauſa eſt, ꝙ caro, quæ mol-
lis ex ſe erat, & contrahi nata, multa terra circuntecta, mox in lapidẽ
coiuit: Ergo ſe dicebat exiſtimare: hæc olim vera animantia fuiſſe ia
ctata illuc a mari / & in mari enata: Sed hæc pendere ex maiori cogni
tione, Montes enim omnes è mari factos fuiſſe aſſeuerabat, primum
iactata arena in cumulos, fuiſſeq; olim mare, vbi nunc montes ex-
tant, mox eodem recedente detectos fuiſſe montes, & inſulas, quod
& indies videt fieri, quádo & Aegyptus tota mari olim obruta fuit
& in litoribus etiam Italiæ, vt circa Rauẽnam apparet, vbi lõge abeſt

mare ab eo ꝙ olim fuerat paſſuũ.C. Hęc ergo/& alia multa memi
ni tum illum de his dixiſſe/quæ ad philoſophos pertinẽt:Nos ad no
ſtram redeamus cõfabulationẽ,ſed aſcẽdamus iam: Quum ergo ſum
mum in montem perueniſſemus, qui caſtro diui Petri ſubiacet, ac
circum circa oculos cõuertiſſemus:Scitis ne illud(inquam)cur in ita
tutorum noſtrorum præfationibus, maiores noſtri ſcriptum relique
rint,Veronam vocatam fuiſſe paruam Hieruſalẽ. IOA. Neſcio equi
dem ipſe,vt pro cunctis dicam,qua de re neque tacendum videtur.
TOR. Maiores noſtri,ſiue vere ſimilitudinẽ quandam,cum Hieru-
ſalem proſpexiſſent,ſiue impoſitis eiſdem nominibus,certis locis re-
ligioſius agi viderẽt, imitationẽ quãdam ſanctæ illius ciuitatis ama
uiſſe videntur: Ac primũ vallẽ illam quam dextrorſum cernitis,Do-
minicam appellauere: Montẽ vero cui mox Rocchi ſacellum nomẽ
dedit,Caluarium dixere,treſq; in eo cruces ex imitatione erigi/ac cõ
ſtitui voluere, quam propè ædẽ uicinum hic habetis Nazareth uoca
tum :Nec longe D.Ioannis paruum Phanum extat,Bethleem uoca-
tum,Inde parum diſtat ſepulchrum.propter quę omnia,& qui plebi
ſcita municipalia cõdidere,paruam Hieruſalẽ hanc urbem appellaue
re. IOA. Probe quidẽ Torelle,ſed pge ad reliqua. TOR. Pia/Chriſtia
naq; dicta ſunt. nunc autem ad Ethnica tranſeamus.Tria autem iſta
hinc uideri/& conijci datur,è qbus quanta/quam amplaq; fuerit urbs
hæc,ſpectare licet.Sunt autem Theatrum cuius ueſtigia nobis ſubia-
cent,Amphiteatrum quod uidetis,Et Campus Martius,quo nec qui
Romæ erat,maior fuiſſe exiſtimari poteſt. In eo exercebantur corpo
ra/equis/iactu/ cæſtubus/ludiſq; alijs campeſtribus. In Amphitheatro
gladiatorij ludi/& alia ſpectacula edebantͤ:In Theatro ſcœnica. Qui-
bus omnibus/ ſi qua ornabatur ciuitas,niſi magna/amplaq; eſſe pote
Strabo lib.5. rat:Quapropter Strabo inqt.Inſubres hac etiam ætate ſunt, qui Me-
diolanum Metropolim habuere/Ea quidẽ prius uicus erat : Omnes
enim uicatim habitabant:Hac uero tẽpeſtate eximię dignitatis trans
Padum urbs eſt , quodammodo Alpibus finitima,& ꝓpinqua Vero
næ eſt:Ampliſſima hęc urbs. Huic inferiores Brixia/ac Mantua/& Re
gium/& Comum.Hæc mediocris erat colonia:Ex quibus uerbis am
plitudinẽ ipſius oſtẽditͤ/quum nõ amplam,ſed ampliſſimam dixerit,
Martialis. Propter qd & de Verona Martialis Diſticho libri ultimi ita ſcripſit.
Tantum magna ſuo debet Verona Catullo.
Quantum parua ſuo Mantua Virgilio.
Cornel. tacl. lib.xiii. Pari modo Cornelius Tacitus Veronã Coloniam validã appellat his
verbis. Quæſitũ inde,quę ſedes bello legerẽt,Verona potior viſa eſt,
patentibus circum campis ad pugnam equeſtrem,qua præualebant,

ſimul

ſimul Coloniá copiis validá auferre Vitellio in rem/ famamq́; videbatur. His igitur grauiſſimis ſentẽtiis ni ſatis Veroná ampliſſimam fuiſſe demonſtratũ arbitrarer, multas inſuper authoritates illuſtrium æque, ac doctorũ ſcriptorũ adducerẽ, Quas, ne noſter ſit ſermo prolixior, omittere decreui. IOA. En, hic interius, homo quidam papyrum præ manibus habens: Rerum antiquarũ monumenta, in Ieſuatorum viridariis iacentia inſpicere videtur, ac deſcribere. TOR. Video hominem: Ioannes Carottus graphidis peritiſſimus mihi videtur iſte: Enimuero ille ipſe eſt. Heus Carotte, quid tibi cum papyro in his antiquis ruderibus? CAR. Salui ſitis. Theatrum, hic olim exiſtens, ex iſtis ruinis alias electum, in tabula quum pinxiſſem, aliquid ne omiſſerim, huc pſcrutaturus acceſſi. TOR. Laudãdus quidẽ tuus labor eſt Carotte: Volo deſcẽdamus tabellá iſpecturi. CAR. Operior, accedas. TOR. Pulcherrimi operis (vt ſpero) exactiſſimá picturam videbimus, vellẽ Carotte omnia diſtincte indicares. CAR. Libẽtiſſime: Has duas planities, hic in ſummitate alterá alteri iminẽtes: quarũ parietes lapidibus teſſelatis ſubtili arte cruſtatos videtis, duarũ porticuũ ſolũ fuiſſe ſcietis. En colũnarum adhuc extant/ & porticuũ veſtigia: Videte epiſtylium hic etiá exiſtẽs pulcherrimũ, ſub qbus porticibus per gradus vſq; in orcheſtrá deſcẽdebatur. Hic inferius quadá in domo adhuc integri adſunt pulcherrimi fornices pro graduũ ordine cõſtituẽdo fabrefacti: Quorũ alterũ latus in meridionali parte, alterũ in huius cœnobii horto interiori terminabatur. Extat nunc etiá fundamẽta: Hæc area orcheſtra erat: Poſt pferebatur Proſcœniũ. hic ſcœna recta. En adhuc in his parietibus veſtigia extát. Poſt ſcœnam duę ampliſſimæ porticus fluuio iminebant. Rudera iſta antiqſſima hoc demõſtrát. Videte & hic cũ ſimis dẽticulis, ac coronis pulcherrimis, ab vtroq; cornuũ, põtes vltra Atheſim extẽdebant, quorũ alter verſus Septentrionalẽ plagá adhuc extat. Huius fornices marmoreos, Theatrũ verſus, antiquiſſimos videtis. In ſecundi fornicis claue, ex marmore pario Neptuni effigies cõtinet. Alterius, meridiẽ uerſus, quũ vi fluminis deiectus ſit, anno à natiuitate dñica M C L I I I. Die vero aſcenſionis dñicæ, vt in Chronicis habet, adhuc vidẽtur veſtigia. In vtroq; cornuũ lympidiſſimi fontes, alter a Paronę pago, tribus paſſuũ millibus diſtans, ad Septentrionale cornu: alter vero a monte aureo pari diſtantia ad alterum cornu per ſubterraneos fornices educebantur. Ex quibus Theatri magnitudinẽ, ipſiusq́; pulchritudinem vobis ſatis arbitror patere. TOR. Theatrum iſtud olim magna ex parte vetuſtate corruit: Pars vero demolitione cecidit rege Berengario, vt ex regis ipſius huiuſcemodi mandato, datur intelligi.


IN nomine dñi Ieſu Chriſti dei æterni, Berĕgarius rex, qa
euenit nuper in ciuitate Veronæ, vt pars quædã medii
Circi, quę Veronæ ſubiacet caſtro ꝑ nimia vetuſtate cor
ruit, colliꝺens cũcta ſub ſe poſita ædificia, hoieſq; cũctos
penè quadraginta attriuit, ſubita morte cõdẽnãs. Idcirco
videlicet pſentis Adeleardi epiſcopi. S. Veronæ Eccleſiæ, cunctiq; Cle
ri, & totius eiuſdẽ populi ciuitatis nouerit ſanctę dei eccleſię, noſtro-
rumq; fideliũ, pſentiũ ſcilicet, & futurorũ induſtria, ꝑdeceſſorũ quoq;
omniũ amore, necnõ pro animæ noſtræ remedio, nos ſanctæ dei Ec
cleſiæ Veronæ, ac cũcto clero, & totius ciuitatis populo, & cũctis ſub
ipſo caſtro morantibus per hoc noſtræ authoritatis præceptum com
miſiſſe. Quatenus, vbicunq; ædificium aliquod publicum parti perti
nens, ruinam minatur, aut alicui videtur, vt in ruina eiuſdem, quo-
modocunq; ſit, damnum futurum, liceat eis omnibus tam prædictæ
Eccleſiæ cum clero, quam cũcto eiuſdem ciuitatis populo, abſq; vlla
publicæ partis ofenſione, ipſum ædificiũ publicum vſq; ad firmum
euertere, in nullo eis ſit trepiditas damni, eo videlicet ordine quo
cernes. Nec quilibet publicus exactor, quempiam hoc agentem con
demnare, aut alieni quicquam audeat ex hoc inferre moleſtiæ: con-
tra quod authoritatis noſtræ præceptum, ſiquis impugnare tentaue-
rit, aut aliquẽ ex prædicto negotio moleſtare præſumpſerit, vel vllã
inferre calũniam, nc quod cœperat perficere poſſit, vtq; conatus eius
redigatur ad nihilum: ſciat ſe cõpoſiturũ viginti libras auri obrizi, me-
dietatẽ parti noſtræ, & medietatẽ cui ex hoc aliqua fuerit illata mole
ſtia. Vt hoc autẽ verius credatur, & diligẽtius ab oibus obſeruetur, ma
nu propria roborãtes, annuli noſtri impreſſione duximus inſigniri.
Datum quarto Nonas mẽſis Maii, anno incarnationis dñi noſtri Ie-
ſu Chriſti dccclxxxxv. Anno vero regni Berengarii Sereniſſimi re-
gis nono, Indict. xiiii. Actum Veronæ in die nomine fœliciter.
CAR. Sed quo rem totam facilius percipiatis, omnia in tabella dili-
gentiſſime picta, quemadmodum antiquitus erat, vt ex ruinis adhuc
apparentibus conii ci poteſt, quoniam ſcio id vobis gratiſſimum fu-
turum, tradere procurabo. TOR. Gratiſſimum quidem, pro quibus
nunc ago, quumq; opus fuerit ingentes me gratias relaturum cogno
ſces. CAR. Valete. TOR. Valeas Carotte. IOA. Superius oſtẽſum
eſt Atheſim vrbem non diuidere, verum ipſam intactam in orien-
tali plaga relinquere. Nunc autẽ oppoſitum videris aſſerere: cauſam
libenter audirem. TOR. Hoc fuiſſe cum ludorum naualium gra-
tia, qui inter hos pontes prope Theatrum fiebant, tum cõmoditate
vrbis, & vtilitate, muro illo, de quo iam diximus deiecto, flumẽ hac




IANI TEMPLI CLAVIS.


deuectum intelliges. IOA. quum ſæpenumero quis Theatri huius
pulcherrimi author fuerit diligētiſſime ſciſcitatus ſim, nec hactenus
potuerim inuenire,ſiquid quoq; habes quod narres mihi gratiſſimū
facies. TOR. Ex hiſtoriographis aliquem de hoc ſcripſiſſe nunquam
me legiſſe memini. verū quū maiorum meorum veſtigia inſecutus
hac de re diligenter inquiſiuiſſem,in turris pariete tēpli diui Petri,hic
ſuperius exiſtentis,Iani templum in arce quandam ingentis fornicis
clauē marmoream,in qua Tauri caput inſculptū eſt,iampridē intui
tus ſum,quá alicuius arcus Theatralis molis iſtius fuiſſe,reliqua mar
mora hic inuenta,ſimiliq; arte elaborata demonſtrant. multos Octa
uiani nūmos aureos,in quibus Taurus erat impreſſus, cōſpexi. Præ
terea quū partem pontis huius,quæ fluminis impetu corruerat, in-
ſtaurandam curarent,inter alia euulſa marmora quoddam pulcher-
rime elaboratum ſaxum vidiſſe memini,in quo hæ literæ legebātur.
Octauiæ.C.F.et SOR. chariſſimæ,& ſibi:de quo fiet mētio ĩ ſequētī
libro. Quæ qdē Octauia Octauiani Cæſaris ſoror fuit,& vxor maio
ris Agrippę,quorū pater C.Octauianus appellabatur,vt ĩ vita Octa-
uiani ipſius Cæſaris à Suetonio Tranquillo deſcripta patet:qui quū Suetonius.
in regione palatii ad capita bubula latus eſſet inſigne ipſius Tauri
caput fuiſſe ex nūmis ipſius,ac ædificiis iuſſu eius erectis conſtat: ex
quibus molem hanc immēſam Theatralem Octauiáno Cæſare Au-
guſto iubente erectam fuiſſe ſemper exiſtimaui, ſeu eius tēpore con
ſtructam. IOA. Authorem Theatri illius celeberrimi Octauianum
Cæſarem fuiſſe non dubitandū puto. ait enim Suetonius in Octauii Suetonius ĩ uita Octa uiani cap. xlvi.
ipſius vita,Italiam duo de triginta Coloniarum numero deductarū
frequentauit,operibusq; ac vectigalibus publicis plurifariam inſtru-
xit,etiá iure,ac dignatione vrbi quodá modo pro parte aliqua adæ-
quauit excogitato genere ſuffragiorum, quæ de magiſtratibus vrba
ni Decuriones colonici in ſuam quiſque coloniam ferrēt,& ſub die
comitiorum aſſignata Romam mitterent. Quū ergo in ciuitate Ve
ronæ Decuriones eſſent,vt ex monumentis antiquis,de quibus alio
loco erit ſermo,oſtendetur. Theatrum putandū eſt Octauii Cæſaris
tēpore fuiſſe ædificatum. verū qa tarda iam eſt hora in forū prius,
deiceps domū nos cōferamus,in craſtinū colloqa noſtra differētes.

C



ICHNOGRAPHIA FVNDAMENTI THEATRI.





IOA. Satis in foro permanſimus, per vicos(ſi placet)aliquantulum deambulemus,forum Boarium verſus pergentes,domũ poſtremo reuertemur. TOR. Eamus. IOA. Sæpius Torelle ſumma diligẽtia qs Amphitheatrũ iſtud iuxta forũ Boariũ,mirabile ſanè cõſtruxerit,quũ ꝑſcrutatus fuerim,quicquam certi nũquá habere potui. Nec eſt credendũ hoc tam admirabile opus a ſcriptoribus ſilẽtio prætermiſſum fuiſſe. Verum quũ hiſtorias vnà cũ authoribus ipſis quamplurimas, barbarorũ inundatione totam Italiá deuaſtante deperditas,nuſquam videamus inueniri,facile & Amphitheatri noſtri cõditoris,aliorumq́ multorũ ingentiũ ſimul & admirabiliũ operũ hic repertorũ memoriam deletam crediderim. Verũtamẽ a ꝑpotẽti aliquo ciue,ſeu potius Imperatore Romano ingẽs hoc opus cõſtructũ cenſeo. TOR. Ciuis alicuius ſumptibus erectũ fuiſſe,quũ incredibiles & inumerabiles impẽſas exigat,nunquá arbitror:Imperatorẽ vero authorẽ facile crediderim. IOA. Ciuẽ ergo aliquẽ huius Amphitheatri authorẽ,fuiſſe negas? Ignoras ne Marcũ Craſſum dicere ſolitũ nullũ Romanũ ciuem diuitẽ appellari debere,niſi ꝗ totũ ꝑ annũ Romanũ exercitũ impẽſis ꝓpriis alere potuiſſet. TOR. En quisná ille aſtás medio Amphitheatro,& baculũ manu gerẽs? IOA. Carottus eſt. TOR. Certe ille ipſe eſt: illũ tñ minime nouerá: Senectus enĩ nõ vires modo, ſed & viſum, & ſenſus oẽs ꝑſtringere conſueuit. IOA. Illũ adeamus ꝗd iſtic meditetᷣ ſciſcitaturi. TOR. Salue Carotte,quid Amphitheatrũ circũſpiciẽs baculum manu tenes? CAR. Mẽſura pertica eſt,quá teneo. IOA. Quot pedum? CAR. Sex. Cur autem hic venerim,ſi vacat audietis. Proxima nocte hęc admiranda Amphitheatri moles mihi quum ſubiiſſet totá in tabella pingere,quátamq́ hoium multitudinẽ caperet exꝗrere ego ipſe decreuiſſem, Arcus ſupremos, medios, & infimos primi, & ſecũdi parietis cõnumeraui. Ianuas, ꝗbus in Arená datᷣ ingreſſus, aliasq́ per quas patet ad gradus aſcẽſus, oẽsq́ gradus ſigillatim adnotaui, nũc vero & latitudinẽ, & lõgitudinẽ dimetiri inſtitueram. TOR. Laudádus es Carotte,ꝗ admiráda hæc, & quæ nos quoq; libẽter agnoſceremus, diligẽtius exꝗras. CAR. Oĩa,ſi quoad ꝑficiá morari vobis graue,aut icõmodum nõ erit,itelligetis. IOA. Immo,quum rẽ iucundiſſimam ac multum diuq́ exoptatam ſimus audituri,mora hæc nobis futura eſt gratiſſima. Verum vt facilius cometiẽtẽ illum poſſimus intueri, medios aſcẽdamus gradus,ibiq́,dum ipſum opiemur, ſermonẽ,quẽ de Amphitheatri huius cœperamus authore ꝑficiemus. TOR. Tuæ adſtipulor ſententiæ. IOA. Igitur,quum ciuẽ romanum,ſi diues merito dici debuiſſet,tanto diuitiarũ & opum luxu abundare opus eſſę intellexeris,Romanum itidem ciuẽ Amphitheatrum cõdere potuiſſe,

non ibimus inficias,ſed vt qd ſentiá,aperte dicá,Theatrorum olim,
Lucius Vitr. li.v.cap.vi. & Amphitheatrorum conſtructio,ſimul & vſus,in Græcia,& in Italia fuit antiquior,q̃ Romæ,vt ex Lucii Victruuii his elicitur verbis.
Sin autem quæratur in quo Theatro ea ſint facta,Romæ non poſſumus oſtendere,ſed in Italiæ regionibus,& in pluribus græcorum ciuitatibus.Non igiť negarim,ſed auſim potius affirmare Amphitheatrum noſtrum ante Theatri ab Octauio erecti molé,a Veronéſi Republica fuiſſe conſtructum:Quod facilius datur intelligi, quum nec in ipſo Amphitheatro nec in ruinis illius minimum litterarum,aut rei alterius inditium repertum ſit.Quibus aut ciuẽ Romanum,aut Imperatorẽ authorẽ fuiſſe coniicere poſſumus.Præterea quũ nõdum cõſtet Venetos a Romanis vnquam ſubactos,ſed ipſis fœdere coniũ
Cicero in inuectiuis contra M.Antonium. ctos, vt apud Ciceronem in inuectiuis in M.Antonium colligitur:
Veronam nulli ſubiectam,cum ampliſſima eſſet,hanc ludorum gratia Amphitheatralẽ molẽ erexiſſe facillime crediderim. TOR. Hanc ſententiam non contemnendam cenſeo:In multis enim vrbibus antiqſſima Theatra reperiebanť, quorum veſtigia adhuc aiunt extare.
Vidi ego dum Romam pgerẽ propè Spellũ Thuſciæ oppidum antiquum huiuſcemodi veſtigium operis. IOA. Marmoreum ne,an lateritium? TOR. Lateritium: Cõſtruebantur enim pro ciuitatum facultate,nobilitateq́;,ac amplitudine.nec mirum hoc noſtrũ,& amplum,
& marmoreum,quum & vrbs eſſet ampliſſima, & in Veroneſi agro marmora non alba ſolum,verum & nigra,& rubea,& diuerſis coloribus maculata,inſigniaq́; etiamnum excudãtur vbiq;. Quorum duriſſima quædã,alia mediocria,quædam mollia,nec ab vrbe multum diſtantia,quæ fluuio proxima,modica in vrbem vehuntur impenſa.
IOA. Non igitur mirum ſi marmoreum ſtruxere. TOR. de Amphitheatro etiã legitur in quibuſdam chronicis.Amphitheatrum,quam Arenam vulgo appellãt,anno.XLII.Imperii Auguſti extructũ fuiſſe.
Cyriacus Anconitanus. & Cyriacus Anconitanus in quodam itinerario ſic ſcriptũ reliquit,
Et denique Veronam feraciſſimam,& antiquam ciuitatẽ venit: vbi non exigua veterum monuméta cõperit,p̃ſertim Labyrinthũ, quod Arena nunc dicitur,& habeť quod cõſtructum fuerit anno Imperii Octauiani Auguſti trigeſimo nono,ante natalẽ Chriſti diem, tertio,
cuius pars exterior terremotibus corruit:& nunc conſpiciť locus rotundus Arenæ per totum magnis ſaxis vndique cõſtructus,&(vt ita dicam)perfilatus,quum intus cubalis,& antris multiformiter redimitus ſit.In huius autem rotunditate extant Scalæ magnis lapidibus appoſitæ,quæ,quanto magis in amplitudinem ꝓtenduntur: tanto magis in rotunditatem videbantur ampliari , & ſicuti nonnulli refe-


runt quinquaginta cubitis in altitudinem extenditur. In cuius ſum-
mitate quidá locus magnus/& nobilis multiformis,elaboratus mar-
moreo lapide circũcirca redimitus erat,& vere Amphitheatrũ ipſum
eo fuit tẽpore ædificatũ,vt ex his quę iam dicta ſunt percipiť: Perſpi
cuũ enim & exploratũ eſt,ſpectacula/ſiue gladiatorios ludos in Am-
phitheatris fieri conſueuiſſe,& in hoc authores omnes cõueniũt,præ
ſertim Plinius vbi memorat plura ædificia Romæ ædificata. Quod au Plinius lib. xxxvi.ca.xv.
tẽ Amphitheatrũ fuerit Veronæ ante Plinii tẽpus ædificatũ facile di-
gnoſcitur:qa nõ cõceſſiſſet Maximus Africanus Veronẽſibus gladia
toriũ munus,niſi ibi fuiſſet amphitheatrum,in quo potuiſſet exerce
ri. Quod facile oſtendiť ex epiſtola vltima,libri ſexti Caii Cæcilii Pli Plinii epiſt.
nii iunioris ad Maximũ Africanũ,cuius ſũt verba. Recte feciſti,ꝙ gla
diatorium munus Veronẽſibus noſtris ꝓmiſiſti,à qbus olim amaris
ſuſpiceris/ornaris:inde etiá vxoré chariſſimá tibi/& probatiſſimá ha
buiſti,cuius memorię à te opus aliquod maxime funebre debeať.ꝑte
rea táto cõſenſu rogabaris,vt negare,nõ cõſtás/ſed durum videreť. Il
lud quoq; egregiè,ꝙ tá facilis/tá liberalis in edẽdo fuiſti: Ná per hæc
etiá magnus animus oſtẽdiť. Vellẽ Africane quas coemeras plurimas
ad ꝓfinitum diẽ occurriſſent. Sed licet ceſſauerint illę tẽpeſtate detẽtę,
tu tamẽ meruiſti vt acceptum tibi fieret, quod,quominus exhiberes
non per te ſtetit. Nec debet dici ꝙ ſi fuiſſet ædificatũ Amphitheatrũ
ipſum tẽpore Octauiani,Plinius ſecundus qui Veronenſis fuit,de eo
Meminiſſet:Quia facilis eſt reſpõſio:ná Plinius iá dictis meminit de Plinius lib. xxxvi.ca.xvi.
pluribus ædificiis vrbis Romæ, nec illam penitus de aliis Theatris/
uel Amphitheatris Italiæ mentionẽ fecit,neq; in diuerſis Græcię vrbi
bus exiſtẽtibus: Multa enim & in Italiæ ciuitatibus/& Græciæ erant
huiuſcemodi Theatra,quorum vnum aliis longe excellentius in Ita
lia extra muros Placentiæ fuit:quod deinceps tempore Vitellii Impe
ratoris euerſum fuit: quemadmodum narrat Cornelius Tacitus, & Cornel. taci. lib.xix.
Vitruuius refert. quinimmo nec de omnibus Theatris Romæ exiſtẽ
tibus meminit: quandoquidem tẽpore Plinii aderat Theatrum Mar
celli, & Theatrum Cornelii Balbi, vt refert Dion, maxime quia Dion lib.liiii
non fecit proprium vllum Tractatum de ciuitate Veronę:ſed obiter
tangit de vino/& perſicis lanatis, tantum in agro Veronenſi natis,
ac de Anguillis. Si vero quiſpiá quæſierit,cur Octauianus Theatrũ,&
Amphitheatrum Veronæ ædificauerit,illud tátummodo cogitet, ꝙ
huiuſmodi Theatra & ædificia p Impatores & pricipes romanos ædi
ficari antiqtus p vrbes cõſueuerunt,vt videť i Syrmione oppido Ve
ronẽſi ædificium illud ampliſſimum. Extác inſup arcus quáplurimi
in vrbe noſtra Veronæ,veluti arcus Caſtri veteris: Qui vt ex litteris

In eo inciſis percipitur,factus fuit tempore Gnei Strabonis patris Pō-
peii magni,q primus deduxit Colonias Tranſpadanas,vt refert Blun
dus de Roma triumphante,p Lucium Vitruuium architectum, qui
fuit tēpore Caii Cęſaris,& ſubſequēter Octauiani Cæſaris, vt ex eius,
in libros de architectura procemio,ſatis patet.Arcus vero in regione
Leonum,cōſtructus fuit.Pub.Valerio.Q.Cęcilio.Q.Seruilio.P.Cor-
nelio,fortaſſe.IIII.viris,vt habet ex litteris in tabella ibi ſculptis.Re-
liquæ etenim litteræ vetuſtate corroſæ, perlegi nō poſſunt : Attamen
iſti omnes fuerunt ante Plinii tempora,licet de his Plinius nuſq̄ me-
minerit.Extant & aliæ rationes,quæ adduci poſſent,& conſulto,bre-
uitatis cauſa omittuntur, qm̄ oppoſitionem illam ſatis ſolutam pu-
to.Sed adeſt Carottus noſter. CAR. Omnia metitus diligentiſſime
formam graphice expreſſam vobis tradam:vbi Amphitheatri ipſius,
quum modo ſit imperfectum.(parietem enim exteriorē,paruula par
te excepta,deiectum videtis)perfectio cōtinebitur. TOR. Omnibus
gratiſſimum feceris. CAR. Verum, quo figuram poſtmodum faci-
lius ſenſu percipere poſſitis,rem totam paucis exponā. Huius igitur
Amphitheatri celeberrimi paries,quem Alam appellant,exterior mar
moreus,in tres Arcuum ordines mirandos diuiſus, infimos ſcilicet,
medios,& ſupremos altitudine incredibili,vt videre vobis datur,ex-
tollitur.quorum vniusquiſque ſeptuaginta duos cōtinet Arcus, Inter
ſupremos quosque ſtatuæ pulcherrimæ, vt veſtigia edocent, erectæ
erant.Supra arcuum ordines alius inerat ordo feneſtrarum. LXXII.
ampliſſimarum, aulis ſanè ingentibus toti Amphitheatro circumdu
ctis deſeruientium,vnde exterius,& interius patebat deſpectus,vt ex
parte parietis adhuc exiſtentis comprehendi poteſt.In parte vero in-
fima,ordo porticuum triplex conſpicitur,exteriorum ſcilicet,medio-
rum,& interiorum totum opus ambiētium,vnde per portas decem-
octo datur aditus in ipſius interiorem planiciem, cuius longitudo
perticarum. XXXVIIII. latitudo vero.XXII. & dimidiæ exiſtit. IOA.
Opus hoc rotundum putarem. CAR. Falleris, quinimmo oualis eſt
figurę,ab illius etenim planicie pro ſedibus.XLII.inſurgūt gradus,&
per triplicem portarū ordinem,vt videre poteſtis aſcenditur : Qua-
rū quilibet conſtat numero.XVI. infimarum videlicet, mediarum,
& ſupremarum : Ad infimas per exteriorem & mediam porticus: Ad
medias per exteriorem infimam: Ad ſupremas per aliam porticum,
exteriori porticui ſuperpoſitam tendebatur, licet etiam in gradibus
ipſis ſcalæ reperiantur vſq; ad ſupremam Amphitheatri partem ver-
gētes. Cernitur & arcuum ipſorum duplex ordo, poſt exteriores ip-
ſis ferè(vt videtis)æqualium,iuxta eorum ordinem poſitus,continēs


quilibet

guilibet arcus.lxxii.quorum omnium & exteriorum numerus.ccc-
x.reperitur. IOA. Magnus quidem Arcuũ numerus. Verum quot
iam hominum millia gradibus ipſis inſidere poterant libenter noſ-
cem. CAR. In gradibus ipſis hominum. 23184. Seſſionem cõmo-
dam ſignari potuiſſe comperio, cuiq; hominũ ſpacio pedis cum di-
midio attributo, demptis etiam portarum ſpaciis, vt per eorum com
meſurationem colligi poteſt. Capacitas enim ſupremi gradus in cir
uitu perticarum. clxxxiii. reperitur: Medii autem vigeſimiprimi à
uperiori deſcendendo perticarum.cxlii.cuilibet portarum latitudini
ſſignatis pedibus quinq; cum ſeſquipede: quæ quũ numero.xlviii.
int, paſſus.xliiii.in ſe continent, quo numero duplicato, ſic altitudi-
ne ipſorum duorum graduũ exiſtente exeunt Perticæ. lxxxviii. gra
dibus itaque omnibus a primo ad vltimum reductis ad computum
medii, Perticę.5796.reperiunt, ſicq; ſpatio pedis cũ dimidio cuilibet
homini aſſignato.23184. hominibus datur commoda ſeſſio. Aderát
& Aulæ ſuperius dictæ, capaces innumeræ multitudinis. in ipſa etiam
media planitie, multitudo inumerabilis hominũ continebat. rẽ itaq;
otam breuibus perſtrictam habetis, verum in tabella, quá ad te To-
relle mittam, clarius omnia contemplari poteritis: Nunc autem quo
rem perficiam, domum pergam, habeo etenim & aliorum ædificio-
rum antiquorum exempla vrbis noſtræ, quæ vobis offero, quum vo
lueritis, oſtendere, Valete. TOR. Gratiſſimum feceris, meaq; opera,
tibi cum libuerit, vti poteris.

IOA. Nos quoq; verſus Caſtrũ vetus deambulemus. Paucis quidem apertiſſime tamen, vniuerſam hanc ingentem molem demonſtrauit Carottus: Quæ quum tot hominum millia caperet, vrbem hanc ve rè ampliſſimã fuiſſe coniici poteſt, quod & alia demõſtrant. Hic itidem propè Caſtrum vetus pulcherrimus arcus in quo extant literæ: Hunc accuratè inſpiciamus. TOR. Partim combuſtus, partim deie ctus, ſepultusq; ſub terra videtur. Verum ſi per foſſam inſpiciamus, vſque ad baſſim videre poterimus. IOA. Hoc in latere ſatis a baſſi vſque ad ſummitatem cernitur. TOR. Duplex eſt arcus: animaduer te. quandoquidem in hac occidentali parte quatuor ſunt columnæ ſtriatæ, quarum extremæ in angulis ſitæ, ſingulæ geminarum vicem præbent. quum & lateribus arcus ipſius, & faciei deſeruiant: Inter has atque alias poſtibus adhærentes aderant in his (ita dixerim) ædiculis imagines magnitudinis (vt puto) hominis cum literis a dextris. M.Gauio.C.F.Macro. A ſiniſtris autẽ.C.Gauio.C.F.Straboni: Oriẽ talis vero facies pulchrior. In hac etiã erãt imagines inter colũnas, A dextris litterę legi poſſunt. Gauię.C.M.F. A ſiniſtris vetuſtate, igneq; corroſæ legi recte non poſſunt, & hic in poſtibus vtrinque legitur L.Vitruuius.II.cerdo architectus. IOA. Non mirum hunc exactiſſime arcum cõſtructum, quum Vitruuius ipſe celeberrimus fuerit architectus. TOR. Epyſtilia, corona, cymatiũ, denticulus, ac reliqua ſubtiliſſime elaborata quum fuerint, necnon vetuſtate ferè deiecta facile conſpici poſſunt, alias exactiſſime omnia in Tabella ſignata Carottus noſter obtulit, cui multum debemus. Sed de Vitruuio illud conſiderandum fuerit diligentius, num idem ſit putãdum, cui hic cognomentum additum eſt Cerdoni, & ille cuius de Architectura opus accuratiſſime conſcriptum circunfertur. quum in vulgatis editionibus ille non Cerdonis ſed Pollionis cognomentum obtineat. Sed de de hoc alias (ſi videbitur) erit diſputatio.


P



L·
L·VITRVVIVS·
L·L·CERDO·
ARCHITECTVS·
P O M



IOA. Barbarorum moris eſt in omnia ſæuire,nec a rebus ſacris,imo nec a diis ipſis temperare: Tanta enim in Italos vſi ſunt imanitate, vt habitatoribus interfectis,rebusq; eorum direptis,non ſolum ædificiis, vrbibusq;,ſed ne deorum quidem templis pepercerint, immo igne ferroq; omnia ſolo æquare conati ſunt,quod noſtræ etiá clariſſimæ vrbi, quum paſſim tot tantaq; ruinarum veſtigia occurrant accidiſſe videmus. Ter enim ſolo æquatam plurima indicia demonſtrát. TOR. Maximas calamitates huic noſtræ vrbi a barbaris illatas credo,ſed eos atrociſſimas dediſſe pœnas, vt plurimum legimus. Italiam enim barbarorum ſepulchrum tandem fuiſſe in omnibus fere hiſtoriis traditur:In iſto quoq; Veronenſi agro innumerabilia barbarorum millia quis ignorat diuerſis temporibus trucidata? IOA. Infinitam illorum ſtragẽ in agro Veronẽſi factam legi. TOR. Ego proximis diebus elapſis,quũ Eutropium Pollionem percurrerem,in ipſo trecenta barbarorum millia non procul a Benaco lacu in Lugana Sylua a Claudio ſucceſſore Galieni deleta comperi. IOA. Eſt ne hic Galienus,de quo in iſto arcu in hac curriculari via exiſtente mẽtio? TOR. Eſt. ſed Arcum per Galienum nequaquam erectũ puto. quum videatur antiquior. IOA. Immo putandum ab ipſo Galieno erectum quũ magnificus ſumptuoſiſſimusq; ſit:En geminas has portas cum columnis ſtriatis pulcherrimis:inſpicias illas duodecim feneſtras:vide quam ſubtili arte epiſtylia,coronæ,cymatium,denticulus, ſima,triglyphum,& reliqua omnia inſculpta ſint:Imperatoriá quippe maieſtatem præſefert Arcus iſte. TOR. Magnifice quidẽ, ac ingenioſe cõſtructus eſt:Verum cõpago ipſa arcum multo tempore,ante Galienum erectum fuiſſe demõſtrat. IOA. Sed cur has litteras Galieni noie ſculptas arbitraris? TOR. Litteras legemus,poſt cauſam inſcriptionis narrabo:legas Ioánes. IOA. Colonia Auguſta Verona noua Galieniana Valeriano.II. & Lucio Cõs.muri Veronẽſiũ fabricati ex die.III.Noñ. Aprilis dedicati. Pr.Noñ.Decembris. iubente ſanctiſſimo Galieno Auguſto.N.inſiſtẽte Aur.Marcellino.V.P. Duc.Curante Iulio Marcellino. TOR. Barbaros illos quos a Claudio trucidatos diximus,quũ per Tridẽtinas alpes in Italiam irruiſſent, vrbẽ hanc, quum prima obiiceretur, oppugnaſſe, incolisq; interfectis,eorumq; bonis ablatis,ſolo æquaſſe ſcietis, quibus poſtmodum deletis Galienus,quum vrbem inſtaurandam curaret nouis colonis inductis muros fabricari iuſſit,in quibus ædificiorum antiquiſſimorum, celeberrimorumq; operum ruinæ plurimæ incluſæ ſunt,huncq; Arcum deiectum hic erigendum pro vrbis porta,& litteras inſcribendas curauit. IAC. Hoc iam ego ſuaſus,nunc deniq; cum Ioanne Nicola Ca-


Eutropius Pollio.


pella perſuaſus,facilius credo:quum in ipſis muris nõnullæ Amphi theatri tabulæ cum numeris,plurimaq; ruinarum fruſta adhuc videri poſſint. Menſibus quoque proximis dum pars quædam ipſorum murorum deiiceretur , in ipſis ſaxa litteris inſculptis : imaginum fruſta : lapis quidam ingens cum capite Megæræ ſculpto , & quodam Tritone , plurimaq; alia vetuſtatem quandam intuitu dignam arguentia memini reperta. TOR. Hoc & ipſe credo , præſertim etiam,quum Philippus Imperator. xxviiii. quando a Decii militibus fuit interfectus, Veronæ reperiretur:inter quẽ,& Valerianum, qui aliquot annos cum Galieno filio imperitauit, duo Imperatores hoc eſt. Decius,& Vibius Gallus annos quinq; tantum ſuperuixere. Sed de his alias,nunc ad inſtitutum opus redeamus.





ɔR. Pulcher eſt etiam hic propè exiſtens arcus.ſed nullæ inſculptæ
nt litteræ auctorem indicantes, caput hoc Iouis Hámonis hoc in
gulo infixum, clauis fornicis arcus erat. Totum in tabella pictum
rottus exhibiturum ſe pollicitus eſt, qualem antiquitus fuiſſe po
t conijci.


p


IN CVRRICVLARI VIA
APVD BASILICAM
DIVAE EVPHEMIAE.




ım quoq; in via leonum,qua in forum itur, exiſtẽ
rOR Accedamus,quum de hoc Arcu noſter ſermo
i me alias Suetonii Tranquilli in vita Veſpaſiani
Ɔſideraſſe, vbi de Flauiorum familia duas refert opi
altera vrbe Spoletana oriundam,altera Tranſpada
›ſam Flauiorũ aſſeuerat. & dum has litteras. T. Fla-
s. IIII. vir. I: D. ipſo in Arcu ſculptas legerem,cogita
ımperto propè habui ipſam familiam Veronenſem
ıltis locis,plurimisq; antiquis monumentis nedum
iorum fit mẽtio: Vidiſtis etiam(vt arbitror)monu-
etuſtiſſimum pulcherrimeq; elaboratum parieti do
ɔrũ affixum,in quo litteræ,quas dicam, legi poſſunt:
.Sac. Metellai de noie ſuo & Titi Flauii Hermetis
ƆA. Plurimis in locis complura alia vidi Flauiorum
ıantia litterasq; inſculptas legi. quæ ne prolixiores ſi-
: . Verú quam pulcherrimus ſit arcus iſte videamus,
armoreus,feneſtrisq; multis decoratus. Sed ecce quam
les illa in ſũmitate:doletq; Arcus iſtius dirutã eſſe par-
n exactiſſime in Tabella expreſſatri à Carotto videbi-
odum erat antiquitus. TOR. Quum igitur variis in
i Flauiorum memoriam continentia reperiantur,di-
, & eius magnifici arcus litteris comprobãtibus, quia
a ſumus regione, familiam Flauiorum Veronenſem
patere exiſtimo.

Suetonius Tranquillus in uita Veſpaſiani Auguſti.






K


ARCVS AN-
TERIOR IN.
REGIONE
LEONVM.



L




BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE




IN BASYLICA
DIVI FIRMI
MAIORIS.


TOR. Iam agitur annus,ni fallor,quum aromatarius quidam iuxta
beati Thomæ Templum cellam vinariam effodi mandaſſet/in ter-
ramq; decem pedes deſcenſum eſſet,fruſtum columnæ marmoris pa
rii ſatis amplæ craſſitudinis ſuæ baſidi affixæ inuenit, atque ibi alia-
rum ſex columnarum non multum diſtantiũ veſtigia/& fruſta ma
gna videbãtur. Imago quoq; marmorea cataphracti viri,pars etiam
arcus vnius mirifice elaborati/fruſta quamplurima ſimarũ/ corona-
rum/denticulorum/ſtylobatorum/epiſtyliorum argutiſſime elabo-
ratorum, cæterarumq; huiuſmodi molium ibidem cõperta fuere,
& in alia cella vinaria contigua clauis arcus ſuperius dicti poteſt cer
ni:In illius quoq; inferiori parte aquilæ eſt inſigne cũ Trophæo ſub
pedibus:Quæ cuncta,cum ædificiorum amplitudinem præſeferant,
aliisq; domibus propinquis talium ædificiorum ruinæ fuerint com
pertæ,proculdubio mihi perſuaſi.C.Marium,qui ſolus primus om
nium aquilæ ſigno vſus fuit, ſæpe dictorum ædificiorum arcus/&
Trophęi/authorem fuiſſe/ad memoriam ſtragis ab ipſo/& Domitio
Collega apud Atizonem Veronenſis agri germanis illatæ. Quæ oia
quũ ſint pulcherrima antiqtatis ac maieſtatis monumẽta memoratu
digna/in Tabella a Carotto noſtro me curante pingẽtur illius ſolita
peritia. IOA. Et in fine leonũ vię,forũ verſus(nec multũ diſtat locus
iſte a Templo diui Thomæ)memini dum quidam alius cellam vi-
nariam effodi iuſſiſſet,maximi Arcus fundamẽta per decẽ pedũ men
ſuram ſub terra inuenta,quibus inſunt Stylobatæ erecti,ruinarumq;
veſtigia multifaria aderant. Alia inuenta/& quæ indies inueniuntur
enarrarem/ſed breuitatis ſtudioſus ſermonis prolixitatẽ euitandam
duco,nunc apud Eccleſiam Cathedralem marmorea illa colũna qua-
drata altitudinis pedũ viginti quatuor/mirabiliq; ſtudio cœlatã ma-
chinæ ingẽtis magnitudinem arguit, quod epiſtylium illud marmo
reum in Trinitatis templo/duoq; alia in beati Zenonis baſylica an-
tiquiſſima/& ex pario marmore mirifice ſculpta,opus magnificum
innuunt/queadmodum non longe ab eo maximus ille,mirabilisq;
Numidici marmoris,ſeu Porphyritici/eiuſq; baſis generis eiuſdẽ.





IN VICO DIVI THOMAE






IN VICO DIVE THOMAE

LIII

CAR. Diebus proximis quum Theatri figuram exhibuiſſem, ipſiusq;
dimenſionem promiſiſſem in præſentia pollicitis ſatisfaciens, rem to
tam paucis expediam. Sed ne circa perticã in menſuris aliquo capia-
mini errore: quũ eodẽ modo apud diuerſos non habeatur, ipſius lon
gitudinẽ, qua paſſim Veronẽſi ĩ agro vtimur, prius declarabo, admo
nẽs hæc oĩa ædificia, quæ in hoc volumine continent̃, hac me dimẽ-
ſum fuiſſe. Perticam igit̃ in ſex partes, ideſt in ſex pedes ita nunc, vt
olim, nuncupatos, diuiſam intelliges: quorum quilibet in duodecim
particulas ſecatur, Vnciȩ nuncupant̃: quȩlibet vncia in quattuor par
tes, minuta appellata, diuiditur. His igitur hoc modo prȩmiſſis ſcias
Theatrum ipſum ab vno cornu, vnde ſpirat Aquilo, ad aliud, vnde
Aphricus, pedum. CCCLX. longitudinem continere. A parte vero in
ſummitate montis exiſtente, vnde Eurus emergit ad alteram, vſq; ad
Athesim protenſam Caurum verſus. CCCXL. pedes in latitudine cõ
numerantur. Huius ſuprema porticus in montis ſummitate conſtitu
ta pedum. XXV. latitudinem, vt in ipſa ichnographia poteſt videri, oc
cupat: Intercolumnia parietis porticus columnis tum rotundis, tum
quadratis cum epiſtyliis doricis terminantur: Quarum rotundæ, ac
lõgiores per duas partes extra quadratas breuiores exporrectæ ſunt:
Longiorum craſſitudo pedis vnius, ac vnciarum quinq;. Altitudo ve
ro pedũ tredecim, vnciarum duarum exiſtit: Capitellum autem eſt
vnciarum nouem: quibus longioribus columnis, vtrinque aliȩ angu
lares, latitudinis pedis vnius, vnciarum ſex: craſſitudinis vero vncia
rum ſex adhærent cum capitellis altis, vnciis duabus, minutis tribus
cum dimidio. Iſtis vero aliæ angulares vnciarum quælibet decem in
latitudine: in craſſitudine vero vnciarum ſex coniunguntur. Interco
lumniorum autem ſpacium pedibus tribus, vnciis ſex in latitudine
includitur: excepto tamen quarto quolibet, vbi duæ tantũ angulares
colũnæ adſunt craſſitudinis pedum, II, vnciarum quinq;, lõgioribus
colũnis inhærentes: Huius ſpaciũ eſt pedũ quinq;, vnciarũ triũ, ſicut
in figura videri poteſt: Sub hac aderat & alia porticus ĩ multa inter-
colũnia diuiſa, quorũ tria fornicata cõſpiciunt̃, alternatim tamẽ adſũt
modo duo, modo ſola angularia colũnia cũ epiſtyliis, doricis ſuperio
ribus, nõ ſine Symmetria, vt ĩ figura patet. Ex hac porticu ĩ ambulato
rium, ſeu porticũ gradibus ſupereminentẽ per ſcalas deſcendebat̃, cu
ius latitudo intra colũnas eſt pedũ nouẽ. Graduũ deinde ſubſequit̃ or
do ad orcheſtram protẽſus. In orcheſtris pedũ decẽ modulus iuenit̃,
vnde lineis diligẽter deductis dimetiẽtes totius Theatri cõmẽſuratio
nẽ, ac Symmetriá ad Amuſſim repictis. Colũnȩ ſcoenȩ circũductȩ craſ
ſitudinis ſunt pedũ duorũ, vnciarũ ſex, extraq; p duas tertias in rotũ-
ditate exporrectæ cũ epiſtyliis doricis, colũniſq; angularibus, fornicet

ſuos ſuſtinētibus cū capitellis: Ianuarū vero pricipaliū,p quas in p
ſcœniū pertranſiť,pedū decē,vnciarū ſex latitudo numerať:quæ qdē
in capite pſcœnii exiſtūt:In ſcœnam autē p tres portas ingreſſus pa
tebat.Colūnæ autē quadratę in fluminis ripa conſtitutæ porticumq̧
ſuſtinentes,ſingulis lateribus ſex pedum latitudinem continent.
Amphitheatri figurā cū vobis tradiderim: eius etiā(quo rē pfectius
teneatis)dimēſiones cognoſcetis: Primā itaq; angularē vel primi am
bitus colūnā pedes ſex/vncias ſex/in craſſitudine,in latitudiē vero pe
des ſex cōplecti ſcietis:ſtrata duodecim pedes in latitudine ſunt:Secū
da colūna ſecūdi ambitus quolibet latere pedes quatuor cōcludit in
craſſitudine.Principales autē Ianuæ duæ reperiunť,ſingulæ vni cuiq;
ipſius Amphitheatri capiti īſiſtētes:quarū quælibet pedes duodecim,
vncias ſex in latitudine,reliquę vero dextrorſum/ac ſiniſtrorſum his
adhærentes pedū vndecim/vnciarū ſex latitudinē cōtinēt:Reliquarū
autē quarūlibet latitudo eſt pedū duodecim. Omnes vero(vt in ipſa
Ichnographia videri poteſt)numero ſunt ſeptuaginta duæ:Altitudo
a ſolo ad primæ porticus ſummitatē fornicis,ſunt pedes vigītiocto,
ſecūdæ vero vigintiſeptem. Gradus numero ſunt quadraginta duo,
qlibet altitudinis pedis vnius, vnciarū duarū,vno excepto circa me
diū exiſtente,cuius altitudo eſt pedū duorū/vnciarū ſex: Scaligerorū
vero graduū altitudo quorūlibet ſunt vnciæ ſeptē,latitudo autē om
niū pedes duo:Supremus autē eſt pedū duorū,vnciarū ſex in latitudi
ne:vbi Portius tertii ordinis ſtylobates colūnarū inueniunť:Supereſt
& quartus ordo vnde velamina extēdebanť,Amphitheatrum ipſum
cooperiētia:Amphitheatri lōgitudo a ſecūda columna ad ſextā vigin
tiocto ſunt pedes,quæ ſexta colūna quolibet latere pedes duos conti
net.Secūdæ vero ſtratæ pedū nouē,vnciarū ſex eſt latitudo. Septima
colūna pedis vnius/vnciarū ſex vno latere, alio vero pedū duorū eſt
in latitudine:Primū habitaculū pedes decēſeptem,vncias ſex, in lōgi
tudine īcludit.Colūna ſingulo latere vnciæ ſūt decēocto. Tertia ſtra
ta ī latitudine pedes nouē,Colūnæ vero pedē vnū,vncias ſex ī latitu
dine pedes qnq;/ī latitudine vero pedes ſex occupat : A nona colūna
ad aliā nonā oppoſitā vacuū/ſeu planicies cū podio pedes.ccxliiii.ca
pit, ab ipſa colūna parietis extrīſeci ad vltimā colūnā intrīſecā pedes
xcii.vnciæ ſex numeranť.Colligiť ergo ex iſtis totius Amphitheatri
lōgitudine pedū.ccccxxix.vnde ipſius latitudinē ſcire cupiēs,modu
lū eius ſi ceperit. q pedes ſunt duodecim(vt in ipſius ichnographia
patet)oēm dimēſionē,ac Symmetriā cōprehēdet. Vt ſupioris arcus di
mēſionē cape poſſis,oēs ipſius partes diuiſas in pedes/vncias/& minu
ta vt opus eſt,ſibiq̧ proportionata ſcies,Quāobrem omnia per te ip
ſum intelligere poteris,& ſic in aliis factum nō te latebit.

DE VIRIS



PEDIS QVO VERONAE

DE VIRIS ILLVSTRIBVS VERONENSIBVS ANTIQVIS LIBER TERTIVS.

POſtridie, quum iidem ad me conueniſſent, viſum eſt cõ
cedendum in forum, viſendæq́; imagines illuſtrium il-
lorum virorum, qui & viui magno ornamento huic ci
uitati fuere, & nunc memoriã tam inſignem inter mor
tales ſeruãt, ſeruabuntq́; dum monumẽta litterarũ ꝑma
nebũt. igit́ quũ eo conueniſſemus, ac quæ in ſummo atrio curiæ col
locata ſunt ſimulacra ꝑſpexiſſemus, qd eſt inqt Ioãnes Nicola Capel
la, Torelle, ꝙ Vitruuius oĩum primus diſpoſitus eſt, de quo & illud
libenter audirem, vnde nam conſtet veronenſem fuiſſe Vitruuium.
TOR. ꝙ primus locus Vitruuio datus ſit, ego qdẽ nõ ſatis diuinare
ſcio, niſi fortè ꝙ architectus architecto gratificari voluit, fuiſſe autẽ
veronenſem Vitruuiũ nullus (ꝙ ipſe viderim) eſt antiquus Author
q referat, nõ tamen paruiſacienda ciuitatis opinio, quæ per vetuſta-
tẽ, & quaſi per manus in ætates omnes emanauit veronenſem fuiſſe
Vitruuiũ, ita patres noſtri ſemper, ita aui, ita proaui, ita ataui, & illo-
rũ patres exiſtimauere. ita quoq; & aliæ ciuitates putarũt ſemper. in
qua cõmuni exiſtimatione neſcio qd ſolidæ veritatis ſemper ineſſe
conſueuerit, vt inſcriptionẽ illam in arcu Caſtri veteris, heri a nobis
viſam ꝑtrãſeamus. IAC. Melius quidẽ hoc, q̃ de C. Plinio: Vitruuiũ
enim nullæ nobis ciuitates inuidẽt. C. autẽ Pliniũ nõ deſunt, q nobis
inuidere ſtudeant, ac etiã in litẽ vertãt. TOR. Id quidẽ factitant, ſed
diis certe inuitis, & ipſo etiam Plinio: Multa enim ſunt, quæ ciuẽ no
bis noſtrũ defendunt, è quibus omnia quæ paſſim iactata ſunt relin
quens, ꝙ ipſemet Catullum ſuum cõterraneũ vocet, ꝙ doctiſs. Fran-
ciſcus Petrarcha, ꝙ Pius Pontifex, ꝙ Eraſmus vir eruditiſſimus ve-
ronenſem eum appellent, ab inſtituto ipſe noſtro, ideſt ab antiquitati
bus ciuitatis non diſcedam. cernitur in hortis comitum de Nogaro-
lis ſaxum: partim quidẽ Anfractum, ita inſcriptũ PLINIVS SECVN-
DVS, quod videbitis in monumentis antiquis. Porro ſecũdorum fa-
miliã veronenſem fuiſſe inumerabiles marmorũ inſcriptiones mani
feſtè oſtendũt, quæ mox inter alia, quæ collegi, vrbis monumenta vo
bis demonſtrare potero. IAC. Valerius quoque Catullus in ſuo car
mine Sirmionem patriam ſuam fuiſſe ſcriptũ reliquit: Sirmio nanq́;
oppidum eſt veronenſe, in Benaci peninſula, & quanq̃ Sirmiũ etiam
ſit oppidum Dalmatiæ, Euſebius tamen Catullum Veronæ ortum
ſcripſit. IOA. Adeſt etiã imago Aemilii Macri, qui de auium gene-
ratione, de ſerpentibus, & herbarum viribus opus reliquit veronen-

ſis vt ex titulo libri & opere ipſo cōſtat. TOR. Sciatis etiam aliam illam imaginem ob Corneliū nepotem chronographum ibi erectam fuiſſe. fuit enim & ipſe veronenſis vt refert Pius Papa in Aſiæ deſcriptione: nonnulla ſcripſit de viris illuſtribus, de temporibus, & libellū quo litteratum ab erudito diſtinxit. Plinius certe ipſum Padi accolā fuiſſe aſſerit, & ſic ortū ex oppido Hoſtiliç quod in littore Padi ſitū eſt, quod quidem oppidum veronenſe vocat. C. Tacitus, & quanquā opus illius inueniri non potuerit, veronenſem tamen fuiſſe non dubito atq; maiores noſtros ſtatuam ei editiſſimo curiæ loco erexiſſe, vbi cæteras veronenſium illuſtrium virorum ſtatuas collocarant. IOA. Ex te vellem intelligere an alios ſcriptores veronenſes in antiquis libris ïueneris: & eorū nomina, ſi quos legiſti. TOR. Dū percurrerem Plinii ſecūdi volumen, ipſum verbis iis vſum fuiſſe legi. iſta ſunt longinqua monumenta Tyberii, Caiiq; Græcorū manus, quæ apud Pomponium ſecūdum, vatem, ciuemq; clariſſimum vidi: ex cuius dictis fuiſſe veronēſem Pomponium ipſum colligo, quum ex ſecundorum familia fuerit, & nominatus a Plinio ciuis. Fuit etiā patria veronenſis Pacificus Archidiaconus, qui primus fuit inuētor Horologii nocturni, & compoſuit ſupra trecēta volumina librorum, vt patet ex litteris in quodam mamore ſculptis in Eccleſia Cathedrali: Fuerūt & alii illuſtres viri, vt paſſim legitur apud authores, & maxime Blūdum de Italia illuſtrata, de qbus in præſentia cōmemorare nolo. IOA. multa diximus de origine & nobilitate ciuitatis, ſed qd de agro? TOR. Huius Ciuitatis noſtræ ager fœliciſſimus eſt frumento, vino, oleo: omniq; frugū genere, lanis: ſerico: atq; aliis ad humanæ vitæ vſum pertinentibus nulli tandē Italiæ vrbi ſecunda eſt Verona, quam flumen Atheſis omniū amœniſſimus interfluendo decorat. Decantatiſſimus Benacus carpionibus, lautiſſimiſq; aliis piſcibus cunctis gratiſſimis vndiq;, breuiter omnes qui eā ſemel viderint ad ſe inuitat: atq; allicit. plurimi etiam riui, fluuiorum inſtar, agrum ipſum irrigantes, adeo reddunt fertilem, vt alienigenis, nedum habitantibus facile victum ſuppeditet. vt Blundus quoq; teſtatur, qui valde extollens agrum veronenſem, Tiodatum Oſtrogorū regem grandem vini acinatici quantitatem Romam per flūmen Atheſim vehi iuſſiſſe ſcriptū reliquit. de quo Acinatico vino Caſſiodorus inquit. Vinum etenim illud colore purpureo, regio ſapore præcipuum, dulcedo eius ineffabili ſuauitate ſentitur, quod tamen tactus eius denſitate pingueſcat, vt carneus liquor, aut potio edibilis videat. Plinius etiam ſummopere Rheticum vinū laudat, in Veronenſi inquit Rhetica falernis tantum à Vergilio poſthabita, & libro eodem de vitium


Blun. de Italia illuſtrata cap. de marca triuiſana.

Blundus.

Caſiodorus.

Plin. li. xiiii.

natura



tandem cum eo pacē iniere.& poſtea contra pacis fœdera die Paſcha
tis contra eum irruperūt,Samuele Habreo duce exiſtēte:qui Samuel
in eo prælio occubuit Gotthorū parte interfecta,imperatorio exerci
tu fugato,reliquis captis.Halaricus his peractis ira accenſus totá de-
populatus eſt Italiá,vrbemq; Romá ingreſſus eſt,edicto,vt q ad ſacra
loca cōfugiſſent illæſi eſſent,omnibus prędæ conceſſis.& in illius lo-
cum Arnulphus rex ſucceſſit, qui pace cū Arcadio, & Honorio Im-
peratoribus inita,totam tenuit Italiam, vt refert Blūdus. IOA. Nō- Blun.lib.i.
dum tamen Veronæ euerſores dixiſti. TOR. Scias ſecundam fuiſſe dec.i.
euerſionem Galieni tempore, vt nuper dictum eſt, Atilæ autē regis
tertiam:Nam Atila Hūnorū rex(vt quidam aiunt) anno.ccccxxvii.
Leonis primi Maximi pontificis tempore cum maximo Scytharū,
exercitu Italiam ingreſſus eſt,& Aquileia,Altino,Cōcordia,Patauio,
Vincentia,Verona, Mediolano,& Papia euerſis,& habitantibus tru
cidatis,Tandē Leone ipſo Pontifice ſuadente ex Italia receſſit. IAC.
Audiui langobardos,ac alios quoq; occidētales populos poſt Atilam
in Italiam irrupiſſe. TOR. Hi fuerunt Halani qui ab occidēte Bior
go rege ducente in Italiam venerant,& à Retinere Imperatoris duce
inter Benacum & Bergomum neci dati,quemadmodum libro eodē
Blundus ſcriptum reliquit.poſt hos Odoacer Erulorū,& Tigulino Blun.lib.ii.
rum dux Atilæ regis exercitus reliquias in Italiam deduxit,& poſtha dec.i.
bita Aquileia in Taruiſinos,Vincentinos,& Brixianos venit, & Ho
reſte Auguſtuli patre occiſo,& Papia euerſa Romam ſe contulit, & à
Romanis ipſis rex dictus Italiæ. hæc itidē Blūdus. IAC. Quamobrē
de Veronenſibus non meminit? IOA. Tunc fortaſſe inſtaurata nō
erat Verona,ſi nihil de ipſa dixit. IAC. Legitur etiá quod Oſtrogot
thi poſt ipſum Atilam in Italiam irrupere. TOR. Verum eſt,& eorū
rege ducente Theodorico Imperatore Zenone aſſentiente,cum quo
magna amicitia coniunctus erat. qui Theodoricus Odoacrum re-
gem habuit obuium apud Aquileiam,eumq; prælio ſuperauit,& Ve
ronam venit. quam ciuibus ſeſe dedentibus præſidiis ſuis firmauit,
& in ea expoſita præda iterum apud Hoſtiliam veronenſe oppidum
cum eodem Odoacro certamen habuit, illumq; vicit, & tandem
apud Rauennam interfecit, atq; Italiæ rex effectus eſt,Rauēnaq; ip-
ſius anno.cccclxiiii.ex hac vita migrauit,tumuloq; affectus,vt Blun Blun.lib.iii.
dus ſcripſit. IOA. Accuratè percæpi quomodo Theodoricus Vero dec.i.
nam tenuit, ſed a quo poſt Atilæ deſtructionem eſt reædificata?
IAC. Puto a ciuibus & incolis refectam fuiſſe,quia nullus inueni-
tur alius inſtaurator. IOA. Dic ſodes quonam pacto Gotthi ex Ita
lia ſunt pulſi. TOR. A Iuſtiniano, qui ab anno. D.xiiii. vſque

ROMA

ad annum.D.xxiiii.imperauit(vt perhibent)in Italiam miſſum fuiſ
ſe Beliſarium ducem cum exercitu ad fugandos Gotthos, qui mul-
tis conflictibus eis fuſis,& Rauẽnæ duce eorum capto,rediit Cõſtan
tinopolim.Reliqui Gotthi, qui in regione Tráſpadana remanſerát
rege creato Ildoualdo iter eos nobili,tũc Veronæ cõmoráte,exercitu
inſtaurato maximam partem Italiæ recuperarunt. Quamobrẽ Impe
rator Narſete Eunucho ſuo duce,aucto ac corroborato exercitu in
Italia Totilam eorũ regem interfecit,qui Ildoualdo ſucceſſerat,Got-

Blun.lib.iiii. dec.iiii.

this ex Italia penitus pulſis anno.D.lxiiii.vt apud Blundũ. IAC. Mi
hi gratum fuit ſcire Ildoualdum,qui tunc Veronæ dominabatur,no
bilem inter Gotthos fuiſſe ab eis factũ regẽ,ſed illud quoq; iucundũ
foret,cognoſcere quonam regimine vterentur veronenſes Gotthis
expulſis. TOR. Populari.Narſes enim ciuitatem Veronam liberam

Eutropius lib.viii.dec.i.

dimiſit,ſolũ nomine Imperatores recognoſcens,vt refert Eutropius.
IOA. Quænam aliæ gentes præter Gotthos in Italiam venere,ita vt
pars eiuſdem Lombardia vocetur? TOR. Langobardi, qui ab Ocea-
no Germanico Albuino eorũ rege regnáte in Italiá venere, Veronaq;
potiti ſunt ciuibus annuẽtibus,vbi Albuinus ſedẽ ſuá ſtatuit,& dolo

Blun.lib.viii. dec.i.

vxoris periit.de quo idẽ Blũdus meminit.Albuinus enim vxorẽ,diui
tias,& regiá ſupellectilẽ ibidẽ habebat, cui defuncto ſucceſſit Cleſen,
quo à ſuis Langobardis iugulato,& ab eiſdẽ creatis triginta Tyránis
iter ſeſe Italiá partiti ſunt,captiſq; vrbibus,& oppidis Baſilicas ſacras
ædes,ac Theatra,quę in ipſis regionibus erant multa,omneq; publi-

Blun.lib.viii. dec.i.

cum ornamentũ deleuere:vt Blundus ipſe,à quibus Lágobardis nõ
men ſortita eſt Lõbardia. IOA. Scire etiá vellẽ quo pacto & iſti Lá
gobardi ſint ex Italia pulſi. TOR. Quũ Deſiderius vltimus gentis il
lius Rex multa Eccleſiæ inferret detrimenta,Leo Põtifex anno.D.ccc
iiii.Quia græcorũ Impatori,& ipſe male de fide ſentiebat,romanis an
nuentibus Imperiũ tranſtulit ad Carolũ francorũ Regẽ,qui duobus
exercitibus coniũctis in Italiam contra Deſideriũ Langobardorum
Regem venit,& parte copiarũ Papię relicta, vbi Deſiderius ipſe ſedẽ
regni habebat,cũ reliquo exercitu Veroná expugnaturus profectus
eſt,quo miſſus fuerat Aldogeſius a patre Deſiderio.Sed vrbẽ omniũ
quas Langobardi tenerent, munitiſſimá haud quaquá diu conatu,

Bluo.lib.ii. dec.ii.

obſidione potuit deuincere,ſed eadem potitus eſt.vt Blundus:expu-
gnataq; Papia,& Deſiderio capto,ciuitatibus omnibus Lõbardię ſub
regimine Eccleſiæ relictis,vt legitur in vita Caroli,& Blũd.in prædi
cto opere,reuerſus eſt in Galliá. IAC. Dicas Torelle cur imperium è
Francia in Germanos fuerit tráslatũ:Legi enim Fœdericũ Imperato
rẽ germanũ multũ detrimẽti intuliſſe & ciuitatibus Italię,& ipſi Ro-

ma.

mæ. TOR. Imperium in Germanos fuit translatũ anno. DCCCC
LXXXIIII. Illis namq; temporibus Otho primus Saxoniæ dux Im
perator electus, quum ſedes Romana ab infidelibus infeſtaretur Apu
liam inuadentibus, eos fudit, ac fugauit. & Eccleſia liberata a ſummo
Pontifice Auguſta corona eſt inſignitus, imperiumq; in ipſum colla
tum & poſt multos Imperatores ſucceſſit Fœdericus anno Chriſti,
MCLXIIII. Qui Lombardia, & Piceno ſeu Marchia potitus eſt, præ
ſidibus relictis ciuitatibus cunctis, qui præſides deſciuerũt ab eis ini
to fœdere inter Patauinos, Vincentinos, & Veronenſes, quod Ve
ronenſium fœdus vocatum fuit Venetis ſuadentibus. Id autem ægre
ferens Imperator exercitum transmiſit ad debellandos Veronenſes, a
quibus & ſociis in fugam verſus eſt, nunquam cum ipſis pugnam
inire auſus, quem poſtmodum Cremonenſes, Brixiani, Bergomates,
& extorres Mediolanenſes (Mediolanum enim ab ipſo Imperatore
ſolo æquatum fuerat) cum Veronenſibus fœdere iuncti fuſum fuga
tumq; ex Italia diſcedere coëgerunt, atque ipſi Mediolanenſes Bello
rum ſocii, populorum præſertim Cremonenſium, Placentinorum,
Veronenſiumq; auxilio vrbem ſuam Mediolanũ, vbi fuerat & nunc
videmus, ſolito munitiorem reædificauerũt. vt Blundus refert: Et ſic Blun.lib.v.
parta iterum libertate Veronam ciues rexere, quoad ex ambitione & dec.ii.
dominandi cupiditate, orto inter ciues diſſidio in cõtrarias factiones
Ciuitas diſtracta eſt. Quarũ alteri Comites ſancti Bonifacii, alteri Mõ
ticulorum familia præerat, ex quo ferrum acuẽtes ad arma deuenere:
Monticuliq; factionis Comitum viribus ſuccũbere coacti Eccellinũ,
qui e Romano dictus Taruiſenſi in auxilium ſuum euocauerunt.
Qui multo inſtructo exercitu, Monticulis ipſis implorãtibus Comi
tum factionem contriuit, Turres, propugnacula, & Oppida diſiecit,
eoſdemq; Monticulos victores reddidit, à quibus, & à populo præfe
ctus eſt dictus: Qui vti immanis Tyrannus primis Mõticulorũ con
uocatis in Palatiũ, trucidatiſq;, reliquos factionis eiuſdẽ interfici iuſ
ſit, nec infantibus quidẽ parcens, turres, & propugnacula eorum diruĩ
mandans Tyrãnus effectus, omnẽ Ciuitatis nobilitatẽ e medio ſuſtu
lit, atq; vno die ciuiũ duo milia iuſſit interfici. nulloq; abſtinens faci
nore Dei nutu tandẽ propè Abduam flumẽ occiſus eſt, & mox Sõci
ni ſepultus, vt Blundus ait. Ob cuius mortẽ ad populare regimẽ reda
cta eſt ciuitas nobilibus ſublatis, ſub vmbra Romanæ Eccleſiæ. Vnde
quum in ciuitate familiæ eſſent Scaligeræ appellatæ à populo Maſti
nus Scaliger ex eis eſt electus prætor: Et ſic effecta eſt nobilis familia
ipſa, Comites vero ſancti Bonifacii in patriã reuertentes Maſtinũ ip
ſum interfecerunt anno. M, CCLXII. Quibus comitibus expulſis ab

VTIMVR MENSVRA.

Gulielmi Scaligeri tam deformem moleſte ferẽtes Marchione Mantuæ in eorum exercitus ducem adducto, Veronam vrbem petiere. Quam cum ciuibus initis pactis ingreſſi ſunt die beati Ioannis Baptiſtæ. M.ccccv. Licet anno. M.ccccxxxviii.à Nicolao Picenino pręfecto exercitus ducis Mediolani noctu vrbem ingreſſo,tribus diebus vexati fuerint,eo tamen fugato,& iterum dominio acquiſito,(nã arces nondum expugnatæ,in fide permanſerant)in eorum ſtatu pacifico regnarunt vſq; ad annum. M D ix. & menſe Maii.Quo imperio Maximiliani Cæſaris addita eſt illi,ſeptem annis imperantis finitis menſe Ianuario. M D xvii. Quo ab ipſo Maximiliano Cæſare Venetis eiſdem eſt reſtituta:Qui Deo,totiq; populo pergrati,vſq; in præſens illius potiuntur Dominio.

DE MONVMENTIS ANTIQVIS CIVITATIS ET AGRI LIBER QVINTVS.

Apud baſylicam diui Firmi Maioris.



In fundamento Campanilis Diui Proculi Veronæ.

TVRPILIO Q. F. POB. NGO. I.
TVRPILIO Q. F. POB. Q. TVRPILIO Q. F. SECVNDA
D. AVO. MACRO FRATRI TVRPILIA Q. F. SECVNDA
NGO.

In domo Aurelii Burgetti.

SECVNDA ANNIA. L. F. HIC.

In Oppido montis Aurei.

LELIAE CLEMENTINE VXORI INCOMPARABILI. Q.
F. SECVNDVS MARITVS, ET SIBI VIVVS FECIT.
FVNCTA IACES HIC, SED VIVIS, VIVESQVE SECVNDO
LELLA TVO. DEBENT NEC BENEFACTA MORI.
TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO CONIVGE MANES
VOS ITE PLACIDI. TV LEVIS OSSA TEGAS.
VIXIT ANN. XXVII.

Prope oppidum prædictum in domo illorum de Bataleis.

M. VCINCIVS. P. F. SIBI. ET P. CINCIO PATRI. ET
CALIDAI SECVNDAI MATRI TESTAMENTO FIE.
RI IVSSIT.

Iuxta Benacum.

LAQVILIVS SECVNDVS. L. AQVILIO CHARITONI,
ET PVBLICAE VENERIAE PARENTIBVS PIENT,
LIBERE LIBERTAB.

Prope caſtrum Suauii in quodam Phano.

V. F. L. VICTORIVS. L. F. FESTVS. Q. VICTORIVS. L. F. SEVERVS. VI. VIRI. AVG. SIBI. ET CASIAE SEX. F. MAXIMAE COMMINIAE. L. F. FESTAE CATIAE. M. F. SECVNDAE VXORIBVS. ET L. VICTORIO. Q. F. FESTO FILIIS.

In Templo montis aurei.

SEDES. M. OCTAVIO. M. F. APRININ VALERIO. L. F. FIRMO MELIO AVCTO LIBERTO.

Prope montem aureum.

MINERVAE AVGVSTAE PAPIRI THREPTVS. ET PRE PVSA. V. S. L. D. D. D.

In templo diui Fidentii.

I. O. M. P. OCTAVIVS PATROBIVS. ET ATTIA. MOSCHIS. ET P. OCTAVIVS ATTIANVS IMPER.

In Lobiano Pago, & in oppidum Leonici tranſlatam.

SEX. ATILIVS. M. F. SERANVS PROCONSV. EX SENATVSCONSVLTO INTER ATTESTINOS. ET VINCENTINOS FINES TERMINOS STATVIT.

In Calderiano Pago.

GADIVS MAGVLLA. H. SECVM NON HABET IVNONIS BALNEA, SED HABET OMNIA.
BALNEA. VINA. VENVS CORRVMPVNT CORPORA NOSTRA SED VITAM FACIVNT B. V. V.

Ibidem in quodam monumento.

QVAE MVLTVM SYRENARVM CANTV DVLCIOR
ET QVO AD BACCHVM IN SODALICIIS MAGIS AVREA VENERE
QVAE ELOQVI VOCE CLARIOR IRVNDINE
ET QVAE AD IVNONIS FONTES CAELESTIA SOLATIA CAPIENT
HIC TVRPILIA IACET BISIO LINQVENS LACHRIMAS CVI FVERAT SOLATIVM. A, PVERITIA. ILLA AVTEM TANTAM DEMVM INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM.

In parietibus Balneorum Calderii.

V. IVNONI SACR. F.

PETRONIO PROBO VE. TOTIVS ADMIRATIONIS. V. PROCONS. AFFRICAE. ET PRAETORIO ILLYRICI PRAEF. GRAECIAE GALLIAE. II. PRAEF. PRAET. GALLIAE ATQVE AFFRICAE PRAEF. VERON. III. CONS. ORDINARIO CIVI EXIMIAE BONITATIS DISERTISSIM. ATQVE OMNIBVS REBVS ERVDITISS. FVNDAMENTA. MVROSQVE AB SOLO FACIVNDOS CVRAVER. IDEMQVE PROBAVER. IN TERRAM FVNDAMENTA DE SVA PECVNIA LARIB. DANT. COSSO CORNELIO LENTVLO. L. PISONE AVGVRE CONS. VOTO SOLVTO.

Ibidem in quodam ſepulchro iacente in ualle ab antiquis nuncupata Turpiliana.

DIS. IOVI ET IVNONIB. MANIB.
TI. FLAVIVS. R. IIII. VIR. II D. C. ET PL. GRATO INVITAE SVAE NVLLI MALEDIX. DO. OMH. D. K. M. H. IN AGRO. S. OMNI. H. M. H. N. S.

In oppido Hoſtiliæ in templo diui Laurentii.

V. F.

STATIA ꝗ. FREQVENS SIBI, ET STATIAE. M. L. ICONAE MATRI. M. STATIO ꝗ. MODESTO FRATRIBVS ET M. STATIO VERECVNDO COLIBERT.

In Pago Sandrati.

D. M.

OCTAVIVS MARCELLIANVS FIRM. NAVIRAL. OCTAVIO FIRMIO MARCELLIANO FRATRIBVS. M. ET VIRAIA PATERNA CONIVGI PIENTISSM. B. M.

In Pago Scaligerorum.

D. M.

S. MERCVRIO MAGNO D. S. FRATRI SVB CL. PRESIDE PRO TRANSP. C. T. F. TRIB. MIL. TRIVM VICTOR. III. PR. Q. C. ET CN. POM. CONS.

Prope Benacum.

D. S.

HERCVLI. ET IVNONIBVS AVG. VALERIVS SEVERVS ET CLODIA CORNELIANA PRO. L. VALERIANO CORNELIANA. V. S. L. M.

Ibidem.

SEX. CALVISIVS SATVRNINVS SIBI, ET CALVISIAE SATVRNINAE CONIVGI DEFVNCTAE, ET CALVISIIS FIRMIONI, ET VALENTIONI FILIIS, ET NVRIBVS ET NEPOTIBVS, ET PRONEPOTIBVS EIVS.

Ibidem.

D. M.

CASSIAE. M. F. FESTAE CLODIA RESTITVTA FILIAE DVLCISSIMAE. QVAE VIXIT AN. XXXIII. DIES XLI. ET Q. MINVTIVS MACER CONIVGI KARISSIMAE VIVVS DEDIT.

Ibidem.

M. VERINIVS. P. F. RAIMVS VI. VIR. AVG. BAP. PIO APHOLETO VI. VIR. AVG. II. GRATVITO AMICO TERENTIAE PISTAE SORORI MESSIAE PERPVSAE VXORI.

Ibidem.

P. POSTHVMIO PRIMIONI POSTHVMIAE QVARTAE A. B. M.

In peninſula Sirmionis.

S. PRO SALVTE L. SEPTIMII SEVERINI PATRONI. L. SEPTIMIVS FAELICE. EX VOTO N. H. V. N. AVG.

In quodam templo Gardæ.

D. M.

SEX. NAVINIVS. SEX. L. APOLLONIVS CONCORD. SIBI ET SVIS IN FR. P. XXXVI. RETRO P. XX.

Ibidem in Parietibus.

P. EPPIVS. P. F. FAB. RVFVS MIL. COHOR. II. PRAEF. F. I. ARBITR.

In pariete templi diui Zenonis prope Benacum.

ANETAE ANIMAE INNOCENTISSIMAE LOC. TREBIENSI. VS MAX. VALERIANAE MATRI CARISS. QVAE VIX. AN. XXXV. D. VIII. ET LOC. LVCILIANO FRATRI NOBILISSIMO. QVI VIX. AN. II. MEN. II. D. XXIIII.

Extra Veronam in horto ſancti Georgii.

L. OCTAVIO. L. F. PRO. SEVERANO. QVI VIX. AN. XXI. DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS. ET TRATERIA SEVERA PARENTES INFOELICISSIMI FILIO DESIDERATISSIMO.

Extra templum diui Dionyſii.

LEG. XV. APEL. LX. VII. AFER. DECV. XXVII.

In hortulo Baſylicæ nigrariani Pagi.

AVRELIAE PIERIDEX. VXORI PVDICISSIMAE AVRL. NICITA.

Ibidem in maximo ſepulchro.

CN. ARRIVS. CN. F. CAESTRONIVS. IIII. VIR. I. D. V. F. A. P. Q. AER SIBI. ET CLODIAE HEDONI CONIVGI SANCTISSIMAE CVM QVA VIX. AN. XXXIX.

In Pago diui Petri incariliani.

MER. SACR.

SVM DEVS, ALATIS QVI CRVRIBVS AETHERA CARPO, QVEM PEPERIT SVMMO LVCIDA MAIA IOVI.

In templo diui Odorici iacentis in caſtro rupto.

VESTAE Q. CASSIVS. M. F. VARVS V. S. L. M.

In cimiterio eiuſdem templi.

Q. P. Q. F. CAPITONI DOMITIA. L. CLARA. V. F. H. M. H. N. S.

In Triniaco.

V. F.

SEX. CLODIO FESTO VI. VIR. AVGVST. ET AGGORRIAE MARCELLAE VXORI EIVS, ET CLODIAE AMANDAE LIB. LICINIVS PAT.

In Pago Grezano.

NOVELLIA. Q. F. SEVERA. C. LAELIVS OPTATVS. T. F. I.

Ibidem in templo.

L. ANIVS TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

In ualle Polycella.

L. OCTAVIO. L. F. PROB. SEVERIANO LEG. QVI VIX. AN. XXI DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS ET TRATORIA.

In pariete templi diui Petri ſummæ campaneæ.

GRATIA. C. F. MINERVAE. V. S. L. M.

In penu templi diui Proculi Veronæ.

L. F. MAXIMAE. F. ET Q. C. VALERIO. L. F. FESTO. L. VALERIO.

In eodem Templo.

Q. CORNELIAE. C. L. RVFIALI. C. QVINTIVS ANDREA.

Ibidem.

L. OCTAVIVS. L. F. IOB. MARCELLINVS BENEFICIARIVS
PRAETOR. P. B. L. VOCATVS. T. F. I.

In templo diui Zenonis Oratorii.

C. MARTIVS TERMI. L. CALISTIVS. VI. VIR. ET AV.
RELIA. PL. C. L. EVCHE. VIM. FEC. H. M. H. N. S.

Veronæ apud templum diui Silueſtri.

L. CASSIVS. L. L. SVNVARIVS. V. S. L. M. L. D. D. D.

Veronæ in contrata diui Andreæ in domo Reuerendi. D.
Chriſtophori Placentini.

OCTAVIA. Ɔ L. HILARA. V. F. SIBI, ET L. COELIO. L.
L. STATVARI VIRO SVO. ET L. COELIO. L. F. FIRMO
FILIO. H. M. H. N. S.

Ibidem in templo diui Zenonis.

D. M.
VERONIAE CHARITAE, QVAE VIX. ANN.

Ibidem.

M. CINTVLLVS. L. F. PROB. SEVERVS MILES. COH. V. PR.
SIBI, ET COLONATI. P. F. MAXIMAE MATRI.

Ibidem in Cimiterio.

QVARTVA HIC VIDVA VIX. AN. LXXX. MARCELLINVS
CARISSIMVS FRATER CARISSIMAE SORORI. ET
PIENTISSIMAE MERITAE FECIT, QVEM
OMNIS ECCLESIA DILIGEBAT.

Ibidem in curia diui zenonis.

V. F. M. GAVIVS SEVERVS SIBI, ET CORNELIAE EPIMELIAE
CONIVGI OPTIMAE BENEMERENTI. ET. M. GAVIO SEVE.
RO, ET CORNELIAE RESTITVTAE.

Ibidem in Cimiterio.

MARCEL. VERECONDI, ET CAESIAE FVNAMO CE CONIVGI
EIVS ADONDANVS LELIVS MAXIMVS ADENS. ET VA.
LERIA MARCELLINA FRATRI. B. M.

Ibidem.

C. QVINTIVS HERMA SIBI, ET T. HEDISTAE QVINTAE
CONTVBERNALI IN FRON. P. XIII. IN AGRO. P. XVI.

Ibidem.

V. F. L. SCEVINVS. L. L. QVADRATVS SIBI, ET AVCTAE
SORORI SVAE. D. M.

Ibidem in horto.

D. M.
L. NOVEL. RACDAM. T. F. I.

In porta Burſateorum in inferiori parte.

COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALIENIANA VALE.
RIANO II. ET LVCILIO CONSS. MVRI VERONENSIVM
FABRICATI EX DIE III. NON. APRILIVM DEDICATI.
NON. PR. DECEMBRIS, IVBENTE SANCTISSIMO GA.
LIENO AVG. N. INSISTENTE AVR. MARCELLINO. V. P.
DVC. DVC. CVRANTE IVL. MARCELLINO.

In penu iuxta portam Burſaream.

GN. CORNELIVS. Q. CORVINI. L. MERITVS. VI. VIR·
AVG. SIBI CLODIAE TONNIANAE. L. CRESTAE SO-
LI CONTVBERNALI.

Iuxta portam Burſaream in domo olim Cathaneorum.

AN. CHRISTI. CCLIII. IMP. DIVVS PHILIPPVS SENIOR
VERONAE ET ROMAE IVNIOR A. SATELITIBVS
INTERFINIVNTVR.

Ibidem extra templum diui Michaelis ad portas.

C. VIBIO EVTICIAE VIBIAE POTENTI. L. L. PARENTI-
BVS C. VIBIO APIRODIS PATRVO VIBIAE APHRO-
SIDIAE AVI. C. VIBIVS CALISTIO.

Ibidem in Templo.

V. F. L. VALENTIVS EVTHYCHVS SIBI ET L. VALEN-
TIO SENECTIONI PATRONO SANCTISSIMO.

In Metropolitano, ſeu Cathedrali eccleſia Veronæ in monumento marmoreo diui Theodori.

P. IVLIV. APOLONIVS SIBI, ET ATTIAE VALERIAE CON-
IVGI OBSEQVENTISSIMAE VIVVS PARAVIT, ET
EIVSQVE DEI CORP. IN ARCHA CONDIDIT, ET LO
CVM SERVIO DEDICAVIT.

In Epiſcopatu Veronæ.

L. GAVII VINDICIS POMP. CONS. C. F. VALERIAE M.
PVLLI G. GANI FABLIAE. T. F. C. COMISIAE AVG. III.
ARIADNES.

In Cimiterio diuæ Cęciliæ Veronæ.

V. F. P. CECILIVS EMPIRODIVS VI. VIR. AVG. CALCV
LATOR IVSTINAE SELENAE VXORI, ET SIBI.

In domo Marchionum de Malaſpinis Veronæ.

D M
AEDONI SECVTORIS PVGV. VIII. EX ACCINA ARIA-
NILLAE. QVI VIX AN. XXVI.

In Xenodochio diuæ Agnetis.

AELIO DILECTO. Q. MATER FECIT.

In uico diui apoſtoli, in domo Bernardini a Gypſo Veronæ.

V. F.
M. QVINTIVS P. F. POB. MODERATVS P. QVINTIO POLLIONI
PATRI ROMANIA IMOVIAI.

In porticu Variorum, Veronæ in uia noua.

C. C. V. IN. FR. P. XII. IN. AG. P. XL.

In uia noua.

GN. SERVILIVS GN. L. SPVRIVS. V. F.

In cimiterio Templi diui Proculi in quodam tumulo antiquiſſimo Veronæ.

C. GAVI C. E. QVI VIX. XLIIL M. X. C. GAVIVS MENDO.
ROSVS FILIO PIISSIMO PATER INFOELIX. AEQVIVS N.
FVERAT VOS HOC MIHI FECISSE ET SIBI.

In fundamento templi diuæ Liberæ Veronæ

C. CORNELIVS MELIBOEVS SIBI, ET SENTIAI ELIDIMEDICAI
CONTVBERN. SENTIAI.

In Arce diui Petri Veronæ.

C. CORNELIO Ↄ. L. MONTANO.

Apud diuum Ioannem in Valle Veronæ.

SATVRNO AVG. SACRVM M. CASSIVS FIRMVS V. S. L. M.

In pauimento diuæ Mariæ in Organis Veronæ.

V. F. C. DIDIVS FHRONIMVS ATHISIAE PRIMVS AC CONIVGI KARISSIMAE VIX. ANN. XXXV. CVM VIRO XXVIII.

Ibidem in domo Lucii Domicii Cerdonis Veronẽſ.

D. M.

VESTIDIAE Q. F. FIRMINAE.

Apud Templum diui Nazarii Veronẽſ.

V. F. N. M. N. S. M. TRAVVIVS CHAIIVS SIBI, ET LIVIAE PSCHE.

In pariete domus Variorum Veronæ.

AVGVSTVS SACR. PROBVS VI. VIR. AV. M. L. P. D. D.

In muro domus magiſtri Baptiſtæ Aromatarii ad ſanctum Marcum.

VERONIAE CASIAE HELIODORVS CASIANVS FILII MATRI PIENTISS. ET HELIODORVS VERONENS CONIVGI.

In Arcu Leonum.

TI. FLAVVIVS. P. F. NORICVS IIII. VIR. I. D.

IIII In Angulo horti crucifixi.

LOC. SEPVLTVRAE XX. LIB. REG. TRANPAD. THEO POMPVS. ARI. D. S. P. ET TRYONIVS. ET Q. SICINI.

Apud Pontem Nauium.

V. F.

GAVIA. V. Q. L. F. PRIMA SIBI. ET POLICLITO SIVE. SERVO. SIVE. LIBERTO MEO. ET. L. CALPVRNIO VEGETO.

Apud pontem nauium in domo Balthaſſaris Auantii.

HIRMIVS OCTAVIVS CARATTIA ET. FESTA COROLLINA C. VALERIO SVRO ET SIBI PARTEM P. XXX.

In Puteali Leonum.

IRMIVS FAVST. V. F. L. L. FA. Q. L. SPECV.

In Leonum Vico, in domo Mazantorum.

V. F.

L. APPIVS SABINI. LIB. CINNAMVS TORPENTI M. ROMAE VIR. AVG. SIBI.

In Templo ſanctæ Cæciliæ ſub altare diui Donati.

DEO AVG. T. LAPPONI DOMITIA CASSIA V. S. L. M. L. D. D. D.

In Aede diui Stephani ante altare ſeptem fratrum.

D. M.

C. CALVENTI FIRMINI CVRATORES INSTRVMENTI VERONS. EX NVMERO COLLEG. FBR.

In leonum

In leonum uico apud Mazantorum domum.

D.
IT. DOMIT. AIIC. F. MAXIMAI
N. S.

In Fano ſanctorum Firmi,& Ruſtici

D. M.
MATRONIAE MATERNINAE CONIVGI DVLCIS-
SIMAE. VIXIT ANNOS. XXIII.

In Aede diui Proculi.

D. LIVIAE M. VENVSTAE
M. LIVIVS FORTVNATVS LIBERTE ET VXORI
BENEMERENTI ANN. XXIII. M. VII. D. XVII.

Ibidem.

V. F.
COR. AP. F. FE. BI. ET. L VAL LI F. BVR LIO AI
LVALI ESTO LVALE IRO II. N. S. DEI IVNO.

Ibidem.

MVRIATIVS ZOSIMVS.

Ibidem.

LIBERTVS FAC. CVR.

Ibidem.

Q. C A F. I C PHOTINO VESTIARIO NICEPHORVS.
LB. PATRON. OPTIM. ET. SIBI. V. F.

In Templo ſanctorum Firmi,& Ruſtici.

CORNELAE RESTITVTAE P. POMPONIVS HERMES
CONIVG. DVLCIS ET. CORNELIAE FENGVSAE
SOCR. SANCTISSIMAE ET SIBI.

In fundamento,campanilis diui Firmi Maioris.

P. GRAECINIO P. F. POB LACONI ORNAMEN-
TIS CONSVLARIBVS.

In domo Nob.Co.Philippini de mileis.

Q. HORTENSIVS ASIATICVS.

Indomo Nob. Thomei de Turcis quadratus lapis inuentus, qui infraſcriptas continet litteras.

MANVMISS. AVENIAE VIXIT. ANN. ΘΕΑ
ALVMNA. ANN. BASSARIDIS XXV. MEN. III. ΧΑΡΙΣ
IIII. DIER. XVII. A FILIAE. OPTIM. DIEB. XIIII ΒΑΣΣΑΡΙΣ
MAVENA. MACRO M. GAVIVS OMNI SENSV
SPLEND. EQ. R. CORNELIVS VITA PIETATE
OMNI. HONORE AGATHE. MER PERFECTISSIM
FVNCTO AVENIANVS
OMNI INIVRIA
DEBILITATVS

In Inclauſtro diui Zenonis.

SEMPRONIVS C. F. POB. REITA

In Platea diui Zenonis.

VALERIAE C. F. MAXIMAE HERENNIA. P. F.
AVGVRINA FILIAE. PIISSIMAE
ET SIBI.

In Phano diui Zenonis.

C. H. C.
LOCVS ASSIGNATVS MONVMENTO. IN QVO
EST AEDICLA PRIAPI INFR. P. LXX.
IN AGRO LXX.

In ſtabulis diui Zenonis.

SEX. SALANIV. P. F. MANDAT
MILES. LEG. XV.

In Aede diui Zenonis Oratoris.

C. MARCIVS THERMI. L. CALLISTVS VI. VIR. ET
AEMILIA. PL. C. L. EVCHE. VIVI. FEC.
H. M. H. N. S.

Ibidem.

CASTRICIAI POSILLAI.

In domo Co. de Nogarolis.

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARRCIVIAE MAR-
CELLAE MATRI POSTERI. PATRIAE
MATRI MARCELLAE.
T. F. I.

In hoſtio curiæ pauperum.

MAGISTRI
M. LICINIVS. M. F. PVSILIO SEX. VISPANIVS.
M. F. CLEMENS Q. CASSIVS. C. F. NIGER
MINISTRI
BLANDVS C. AFINI ASCLAE. SER. MVRRANVS.
P. CLODI TVRPIONIS. SER. AVCTVS. M. FABRICI
HILARI. SER. COMVITVM. REFECERVNT.
TECTVM PARIETES ALEVARVNT. VALVAS LIMEN.
DE SVA PECVNIA. LARIBVS. DANT. COSSO
CORNELIO LENTVLO. L. PISONE
AVGVRE COS.

In cimiterio diui Nicolai.

LOCO PVBLICO. DAT. D. D. PARCIS. AVG. SACR.
L. CASSIVS. VERVCI. F. NIGRINVS.
VI. AVG. V. S. L. M.

Apud pontem lapidis in muro illorum de Ionis.

IVNONIBVS AVG. SAC. METELLAIS DE NOMINE
SVO. ET. T. FLAVII HERMETIS VIRI SVI.
D. D.

In curia piſcatoria apud Macellum.

D. M.
M. TVRPILI CASSIANI FILIVS PATR. PIENT.

Apud diuum Aegidium.

C. CORNELIVS. CL. HANN. IIIIII. VIR. SIBI ET CASTO
ET DOMESTICO. L. T. F. I.

In Aede ſanctæ Crucis.

CLAVDIAE TI. F. MARCELLINAE BELLICI. SOLERTIS
CO. M. ET Q. HORTENSI. PAVLINVS.
ET FIRMVS.

In Eccleſia diuæ Mariæ Solaratæ.

DIIS. MAN. VERECVNDI DELICATI. VIXIT. ANN. XVIII.
M. II. D. XI. C. VESIVS. MARTIALIS.

Extra Aedem diui Vitalis.

HELPIDI. L. IPHIDI. L. P. SERVILIO
P. L. PLACIDIO.

In domo Clementis apud diuum Clementem.

D. M. ET MEMORAI VALERIAE VALERIANAE
C. MAECIVS ATILIANVS VXORIS. ET MAECIL.
FRONTO ET ATILIANA MATRI.

In foro boario In porticu Ruffini a campanea.

V. F.

C. ATISIVS. C. L. FELIX C. ATISIVS C. L. GAMVS BE. ET

V. F.

CASSIA. C. F. EXORATA SIBI. ET CASSIAE C. F.
PRISCAE ET ANTONIAE. L. F. MARCEL-
LAE ET SYNTROPO. PVBLICO IN
FRON. P. XXV. IN AGR. P. XXXI.

Extra Phanum diuorum apoſtolorum in Aedicla maiori.

SEIAE CHARITE Q.VAE. VIXIT ANNOS. XVIIII.
M. VII. Q. CATIVS. NICEPHORVS.
CONIVGI BENE MERENTI.

Intra pontes caſtri ueteris in porta Geminata.

L. VITRVVIVS. L. L. CREDO ARCHITECTVS.

Apud Templum diuæ Fœlicitatis

STEDIAE. PAVLINAE. L. CANTINVS. HERMIP-
PVS CONIVGI. INCOMPARABILI.

Apud Aedem diui Thomæ in domo Caſalauoniorum.

ET. M. AVDASIO SVAVI. SODALI.

Ibidem.

L. DECIVS BLASTVS SEMPRONAI LEONTIDI
SORORI BENEMERENTI.

H.

In domo Sp. ll. doctoris. D. Taurelli Saraynæ.

D. M.

GENEROSO RETIARIO INVICTO PVGNARVM
XXVII. N. ALEXANDRIN. Q.VI
PVGNAVIT VI R.

Ibidem.

DIS MANIBVS STATIA SEVERA P. F.
T. F. I. CVR. LIB.

Ibidem.

F.

P. STATIO L. F. DENTONI PATRI. CASSIAI. Q. F.
MAXIMAE MATRI. STATAI P. F. SEVERA
MAECANAE A. F. SECVNDAE AVIAE.

In Viridario nobilis. Co. Galeotti Nogarolæ.

TARQ.VINIA. Ɔ L. FAVSTA. S. V. L. D.

C. FICARIVS. H. M. H.

EX TESTAMENTO P. SACIDI. Q. F. POB. PATRIS
P. SACIDI. P. F. AN. VI. M. SACIDI. P. F. AN. IIII.

Apud ædem diuæ Euphemiæ in ripa atriana.

Q.VANNIVS BALBVS.

Apud ædem diuæ Mariæ ſolaratæ in angulo Rubeorum.

VETO RELIQ.VIAS. P. VERONVS CALLISTVS
HOMO. OPTIM. HIC. IACET.

In cimiterio diui Petri Incarnarii.

MINERVAE SACR. C. CASSIVS. L. F. IVSTVS.
VI. VIR. AVG. ET LAELIA LOGAS.

Ibidem.

CLAVDIAE. L. FIL. PRIMAE L. CALPVRNVS L. FIL.
MARCELLVS VI. VIR. AVG. CONIVGI ET SIBI

Iuxta templum diui Quirici.
SEX. FADIE. L. BATHVLLO ANNOR. XV.

In Vico diuæ Euphemiæ.
DEO. MAGNO. ÆTERN. L. STATIVS. DIODORVS. QVOT SE
PRECIBVS COMPOTEM FECISSET V. S. L. M.

Extra templum diuæ Mariæ in organis.
N. RECESSV. XXXX. CVRA. XYSTI.
Ibidem.
V. Vir/ue/uita/uiuens/uixit/uiuus/uale/uiro/uirgo/uero/ueſte/uicit/uires/urbis/ueſtræ/urbs/uſus/uerum. Voto/ueteri/uotum/uirtus/uidebit/uocat/uindictam/uouit/ualeo/uniuerſi/uetat/Veſtales/uult/uolentibus/unum.

V:.	Quintum/quinque/uindicarium.
V.R.	Vrbs romana/uel urbis Romæ.
V.P.	Viuus poſuit/uiro prudenti/uel p̃toris/uel p̄bus/uel urbis p̃fectus.
V.S.	Voto ſoluto/uel ſolemni/uel uiuens ſtatuit/uel uoto ſuſcepto / uel uis facere.
V.S.L.M.	Voto ſolemni libero munere / uel uiuens ſibi locum monumenti.
V.D.	Viuens dedit/uel donauit.
V.V.	Virgo ueſtalis, uel uiuo uiro.
V.E.	Verum etiam.
V.I.	Vir iuſtus.
VVI.	Verbi.
VAL.	Valerius, uale.
VIX.	Vixit.
VOS.	Voſonius.
V.FR.	Vir frugalis, uſus fructus.
VX uel VX.	Vxor.
VIC.	Victores.
V.AET.	Virtus æterna.
V.VRB.	Vir urbanus.
V.P.R.	Veteri poſſeſſori reditũ, uel poſſeſſioni reddatur.
V.C.	Quinti cõſulis/quinquies cõſul, uel uiro cõſulari uel claro.
VOT.	Votum, uel uouit.
V.M.M.	Votum merito Mineruæ.
VIT.X.	Vicit decies.
V.ET.	Verum etiam.
VRB C.	Vrbis conditæ.
V.B.F.	Vir bonæ fidei.
V.DIC.	Vir dictatorius.
V.S.L.M.	Viuens ſibi locum monumenti.
V.S.D.M.	Viuens ſibi dedicauit monumentum.
VET.AS.	Veterano aſſignatum.
V.PRAE.	Vir prætorius.
VI.VIR.	Sextum uir.
V.A.L.M.X.D.III.	Vixit annis quinquaginta menſibus decem, diebus tribus.

In iure ciuili de legibus & plebiſcitis.

V.D.P.R.L.F.	Vnũ de plano recte legi fecit.
VAL CS.	Valerianus Cæſar.
V.S.E S.F.	Viuens ſibi & ſuis fecit
ℲIℲAM.	Viuam.
ℲALE.ℲITA.	Vale uita.
ℲIXIT.	Vixit
V.A.	Veterano aſſignatum, uel uixit annis.
VAT.	Vates, Vatinius.
V.F.S.S.	Viuens fecit ſibi ſuis/uel ſibi ſepulchrum.

In edictis perpetuis.

V.B.A	Viro bono arbitratu.
V.V.L	Virgo ueſtalis locus.
VIG.	Vigilauit, uel uigiliæ.
VOL.	Voluit, uolumus.
V.M.	Viuens mandauit.
V.F.	Vſus fructus, uel uiuus fecit.
X.V.	Decem uiri.
X.P.	Decem pedum, uel pondera.
ƎE	Exiſtimat.
ƎG	Exiſtimatio.
X.D.	Denes dedit.
YMN.	Imnus.
ZEN.	Zenonius.

PRISCOS ROMANOS NOTAS ARITHMETICAS NON HAbẽtes litteris quibuſdã eorũ loco uſos fuiſſe reperio ueluti infra patebit.

A. Quingenarium numerum ſignificat.
B. Tricentenum,uel ſic.CCC.ſignificat.
C. Centenariũ numerũ,& ſimiliter apud neotericos.
D. CCCCC. ſicut A.ſed recẽtiores nr̃i reiecto A.D.tantum.
E. Ducentũ & quinquaginta. (utuntur.
F. XL.uel quadraginta ſignificat.
G. CCCC.ideſt Quadringentenum.
H Ducentenum.
I.et.C. Ducentenumquoq;. I.centum,uel unum.
K. Quinquaginta ſupra centum.
M. Mille,quod & nunc in uſu eſt.
L. Quinquidenum,& ſimiliter apud nos.
N Apud græcos qnquagẽtenũ numerũ. Apud latinos nonagitenũ.
O. Vndenarium. perſcribit.
P.S. Septenarium.
Q.A.D. Quingentenum,ſunt ſupra.
R. Octidenum.
S. Septidenum.uel paulo prius.
T. Sexdenarium ſupra centum.
V. Quinquenarium.& etiam nunc.
X. Denarium,ueluti nunc.
Y. Centum,& quinquaginta nouem.
Z. Harum omnium ultima,duo millia denotat.
I. Vnum denotat.
IV. quatuor.
IX. Nouem.

ΓΙ B Octuaginta duo.
Noningenti.

D C D
Q Ɔ
I Ɔ Ɔ } Quinquemillia.

X̄
ƆMC
IMI
CC IƆƆ } Decem millia.

IƆƆ Ɔ
DCC } Quinquaginta millia.

CCCIƆƆƆ
C̄ } Centum millia.

C̄ ,M

CC , M̄ M̄ , Ducenta millia.

S. Semis alicuius rei,notatur per oppoſitam literam.
-B- As nũmus eſt libralis,nota tñ per oppoſitam literam.
-LLS- Sextertius nũmus duarum ſemis librarum notatur per oppoſitas
-LL- Dipondus nũmus eſt per oppoſitas duas notatur.
✳ Denarius decẽ librarum nũmi nũmus,per oppoſitam notatur.

Romaĩ p Romæ. puinciaĩ p puinciæ. Aulaĩ p Aulæ oĩumq; fere noĩum fœminorũ priæ declinatiõis hoc mõ gtõs caſus uſurparũt ueteres, ut ĩ Lucr.patet.

AD CARDINALEM CORNELIVM VERONÆ Epiſcopum Iacobi comitis Iuliarii Carmen.

Quaſlibet Auſoniæ præclaris dotibus urbes
Quod patriam dixi uincere Marce meam,
Deridens credo, Corneli, ut uana locutum,
Forſan, & has dotes, me numerare iubes.
Pauca tibi ex multis perſtringam carmine. magnæ eſt,
Singula ſi quæram ſcribere mentis opus.
Verona Idæo quondam fundata colono eſt:
Scilicet a Veri nomine dicta Phrygis.
Magnificæ geſtisq; domi, præclara forisq;
Inuictis ducibus: militibusq; potens.
Sanctorum genitrix non infoecunda uirorum,
Inter coeleſtes, qui micuere choros.
Conſpicua ingeniis quantum uix ulla diſertis,
Seu Noua, ſeu Veterum pagina lecta placet.
Porticibus, Thermis, Delubris, Amphitheatro
Excellens, tectis, fornice, ponte, uiis.
Moenibus: & ſtructis in propugnacula mille
Turribus: & trinæ tuta ſub Arcis ope.
Et ſyluis foelix: & cæſo in marmora monte:
Iugeribus, pratis, flumine, colle, lacu.
Et quo multiplici pellantur gramine morbi.
Et tibi quæ moris, ſerica penſa, ferant.
Eſt Cerere, & Baccho, Pomona, & Pallade, ſerta,
Aliſtibus, tauris, uellere piſce, feris.
Argenti, atq; Auri, ferriq;, æriſq;, metallis
Inclyta, & omniferi ſede beata ſoli.
Balnea quin etiam ſunt Calderiana ſaluti,
Commoda, quæ morbos mille petita leuent.
Dotibus ornatam uel da maioribus urbem,
Aut noſtræ laudes tu quoq; Marce proba.

GABRIELIS SARAYNÆ NEROTIS ENDECASYLLABON.

Fortunatior Vrbibus beatis
Verona, Auſoniis, Pelaſgiciſq;.
Amor, cura deum, uirumq; alumna,
En priſco Archetypi nites nitore.
En quicquid rabies, furorq; quondam
Callorum imminuit, modo eleganti
Torellus proprium manu reponit,
Quod non perdere edax erit Vetuſtas,
Non uis Ignea, nec potens Enyo.

AD EXCELLENTEM VTRIVSQVE CENSVRÆ interpretem Torellum Saraynam, Guilielmi Cluſoni Legiſtæ Tetraſticon.

Veronæ titulos, operum monumenta, Poëtas,
Ortum, Sceptra, Duces, Flumina, Caſtra, Lacum
Aemula, dum ſcribis, Pallas miratur, & inquit,
Hic decus, hic patriæ, fama perennis erit.

CATVLLI AVOGARII POETÆ CLARISSIMI in utriuſq; Iuris Conſultiſſimi uiri Torelli Saraynæ Veronæ Vrbis Chronica Tetraſticon.

Obſita Veronæ monumenta abiecta iacebant,
Vnde eras amiſſum nomen,& urbis honos.
Non tulit hoc clara Sarayna ex ſtirpe Torellus,
Squallorem excuſſit, reſtituitq; decus.

AD NVNQVAM SATIS LAVDATVM IVRIS interpretem Taurellum Saraynam, Marci Venerii Epigramma.

Non ſemel ipſa ſuas uidit Verona ruinas,
Vulcani,& Martis, barbaricisq; malis.
Non ſemel inſtaurata fuit fruſtra tamen, omnes
Occiderant laudes, famá, decusq; ſuum.
Tempus edax,& mors aboleuerat omnia Lethe.
Mors quæ etiam ſaxis, nominibusq; uenit.
Tu unus Taure colum iuſſiſti,& penſa Sororum,
Quod reparas patriæ nomina, ſaxa, uiros.
Qualis Deucalion tu animaſti ſaxa, uirosq;,
Vt ſatus Iapeto mortua uiua facis.
Ciuica non ſatis eſt meritis, non mille coronæ,
Ciues ſeruaſti qui ſimul,& patriam.

EIVSDEM TETRASTICON.

Viderat a Tauro coniunx Iouis inſtauratam
Veronam & ſpreta uiuere morte uiros.
Si hoc Venus ægiſſet tu, aut Tros Sarayna fuiſſes,
Fruſtra ait, æquaſſem Dardana regna ſolo.

EIVSDEM DISTICON.

Quam qui condiderant, q̃ qui reparaſſe feruntur,
Laudibus eſt Taurus dignior,& meritis.

Iuppiter, antiqua Tauri ſub imagine Olympo.
Delapſus, noſtræ conſuluit patriæ.
Hæc G. S. apud Cancrum faciebat.

ANTONIVS PVTELLETVS CALCOGRAPHVS LECTORIBVS SALVTEM.

VEllem equidem candidiſſimi Lectores in his Torelli Saraynæ urbis Veronæ Chronicis eo demum nitore proditurís, quum imprimerentur, hoc a me præſtari potuiſſe, ut doctorum omnium expectationi fide, diligentia,& officio q̃ maximam cumulaturus gratiam, reſponderem. Verum, quum uiderem me omnem & fidem,& diligentiam (quoad mihi datum fuerit) in hoc tam eximio opere excudendo præſtitiſſe, noſtramq; ſedulitatem nonnulla ſubterfugiſſe perſpicerem, & hoc partim ob aſſiduos labores, partim ob nouitatem, ipſiusq; Archetypi difficultatem, ne totus hic labor (dum q̃ emendatiſſimum hoc opus ex noſtra officina cupimus proficiſci) illis, quicquid eſſent, deperiret: Conſiliú fuit ea quæ & errata & prætermiſſa obrepſiſſe uiderentur, tum emendare tum obiter reponere, hoc ipſo labore ſpe apud uos incundi gratiam, quum illud ego quod potui præſtans. alterum illud, quod non potui non præſtiterim. Vos igitur nobis ueniam dabitis neceſſariam. Sed ſpero breui futurum, quo adunguem caſtigatos ſuppeditabimus libros ſtudioſis. Nunc q̃diu argentea atq; aurea uaſa defuerint, Samiis (ut dicunt) delectemur.

ERRATA, ET PRÆTERMISSA, QVÆ VISA SVNT NOBIS aliculus momenti. Tu per primum numerum paginas, per ſe. cundum uerſus, ſcias indicari, per. a. a froute, per. b. a tergo notatæ paginæ.

2.b.17.defenderem. 3.a.3.reſpexiſſent. 3.a.4.expoliátur. 3.a.7.collegiſſem 3.a.16. dialogum. 3.a 39.domi. 3.b.31. Volturrena. 5.a.16. Iulius 5.a.31. Mancalci. 5.a. 35. Aſcatadis. 7.b.i.quod, pro q reponédum 8.b.28.dei. 14.b.21.unuſquiſq. 15. a.16.ductæ. 20.a.8.baſim, & baſi per ſimplex. ſ. 23.b.6. Tritone, deeſt inuentus fuit. 30.b.34.millia 33.b.cathedrali 34.b.32.Oſtrogotthorum. 38.b i.de uiris illuſtribus. 46.a.16. Metropolitana. 43.b.21. L. AQVILIVS. 47.b.33. MARCIVIAE. 50 b.4.in, uacat. 58.b.5.pro primo. A. reponendum eſt. L. 59.a.27. Romana. 60.a. 46. Catatoniis. 57.a.3.7.et.13. Germanus. p ſimplex. n. 64.b.32. Marce.

IDEM LECTORIBVS. S.

POST hos inſuper, quos ſupra annotauimus impreſſionis errores, non ab re futurum duximus, ſi uos hic itidem commonefaceremus, ne fortaſſe inſciis miraculum uobis ſubiret, neue magna admiratione detenti. Quum in quinto huius operis libro Antiquorum monumentorum ciuitatis, & agri Veronenſis, tot dictiones tum mutilatæ, & incompletæ, tum etiam præpoſteræ, & inuerſæ inter legendum uobis occurrerent, ea omnia inter errata connumerantes, noſtræ aſcriberetis incuriæ. Hoc uos certo ſcire uelim, Saxa fere omnia, in quibus hæc elogia, & inſcriptiones leguntur, adeo edaci tempore corroſa, ut uix litterarum ipſarum characteres dignoſci poſſint. Verum hic uos monitos uolo, nos, Quum hæc typis excudenda ſuſcepiſſemus, Archetypos, unde hæc deſcripta fuiſſent, primum ſigillatim conſuluiſſe, Deinde illa quomodocunq. ſe ſe in illis haberent, litteris nec immutatis, nec adiectis, aut diminutis dictionibus, diligenti ſtudio imprimenda potiſſimum curaſſe, ſicq. impreſſa, qualiacunq. ſubitura iudicia, a nobis edita. Valete.

INDEX VOCVM SIMVL ET RERVM IN TORELLI SARAYNÆ VERONÆ

Chronica Index, in quo ſiquid cognitu utile, iucundumq; ſit, annotatur per ordinem Alphabeti, notasq; arithmeticas, primo paginas, mox uerſus indicantes, a & b. litteris appoſitis, ut per a. annotata omnia a fronte, per b uero a tergo facilius reperias.

Aborigines, q prius dicti fuerit. 4.18 b
Aboriginum nomine Vmbri appellati ibidem 18 et. 30.
Aboriginibus Ianus iuſſit, ut a cæteris Thuſcis ſeparati uiuerent. ibidem 34.
Acinaticum uinum. 38.32.b.
Acinatici uini color. 38.33.b
Adeleardus epiſcopus Veronenſis. 8.6.b.
Adelphaxis per D. et T. indifferenter ſcribi conſueuiſſe. 6.18.a
Adria colonia. 5.10.a.et 6.14.a
Adria ciuitas ubinam locorum olim fuerit poſita 6.4.a
Adria ciuitas a quibus condita. ibidē. 15
Adriaticum mare unde dictum. ibidem 7
Aedes ſoſpitis Iunonis. 30.27.b.
Aedificium quodlibet minans ruinā, mādato Berengarii regis, poſſe dirui. 8.12.b
Aedificium ampliſſimum in Syrmione Veronenſi oppido, a Lucullo ædificatū 14.38.a
Aegyptus tota olim mari circūtecta. 7.38.a
Aemilius macer quot uolumina ſcripſerit, cuiasq; fuerit. 38.38.a
Aetas aurea Iano rege floruit. 4.14.b
Ala Amphitheatri Veroñ marmorea, in tres arcuū ordines olim diuiſa. 14.18.b
Albertus Scaliger Maſtini frater, pulſis comitibus ſancti Bonifacii, dux fuit a populo Veronenſi delectus. 42.1.b
Alberto Scaligero ſucceſſit Bartholemæus Scaliger. ibidem. 3.
Albertus ſecundus ſucceſſit Cani grandi in dominio Veronæ. ibidem. 7.
Albertus ſecūdus cū gr̄a populi obiit ibidē. 8
Alberto ſecundo ſucceſſit Maſtinus ſecundus. ibidem. 9.
Albuinus Scaliger ſucceſſit Bartholemæo ibidem. 3.
Albuinus Langobardorum rex 41.17.b
Albuino rege ducente Langobardi in Italiam uenerunt ibidem.
Albuinus cum Langobardis Verona potitus eſt annuentibus ciuibus. ibidem 18.
Albuinus Veronæ ſedem ſibi ſtatuit. ibidem.
Albuinus dolo uxoris periit. ibidem. 19
Albuino defuncto ſucceſſit Cleſen. ibidē. 20.
Aldogeſius a patre Deſiderio miſſus ad expugnandam Veronam. 41.32.b
Aldogeſius Verona potitus fuit. ibidem. 34
Alpes omnes Italiæ, olim Thuſcorum Coloniæ. 3.25.b
Altinum ab Atyla dirutum. 41.13.a
Amilcar Pœnorum Imperator a P. Cornelio prælio captus. 30.33.b
Amphitheatrorum & theatrorum conſtructio ſimul & uſus, antiquior in Grecia & in Italia, quam Romæ. 13.1.b
Amphitheatrum Veronenſe. 13.25.a
Amphitheatrum Veronenſe oualis figuræ 14.30.b.
Amphitheatri Veronēſis ſymmetria. 37.7.b
Amphitheatri Veronēſis lōgitudo. 37.25.b
Amphitheatri Veroneñ. latitudo. ibidē. 36.
Amphitheatri Veronē. Ianuæ quot. ibidē. 16
Amphitheatri Veronenſis duæ principales Ianuæ. 37.11.b
Amphitheatri Veroneñ. Ianuarum latitudo ibidem. 14.
Amphitheatri Veroñ. gradus quot. ibidē. 18
Amphitheatri Veroñ. graduum Scaligerorū altitudo. ibidem. 21
Amphitheatrum Veronenſe quot hominum capax. 15.4.et. 15.a
Amphitheatrū ueroñ. ante Plinii tēpora ædificatum. 14.8.a
Amphitheatrum ueroñ. quiſnam potuiſſet cōdere. 13.40.a
Amphitheatrū ueroñ. erectū a republica Veronenſi, ante Theatrū octauii Cæſaris. 13.7 b
Amphitheatrū ueroñ. quod uulgo dicit Arena anno. XXXXII. imperii Auguſti, erectum fuiſſe. 13.28.b
Antonius, & Bartholemæus filii Canis Signorii. 42.15.b
Antonius Canis Signorii filius, ſolus Veronæ cœpit dominari occiſo Bartholemæo fratre. ibidem. 17.
Antonius Canis Signorii filius, a Ioanne Galeatio Vicecomite, & Mediolani duce regno priuatus. ibidem. 18.
Antonius Canis Signoriii filius ad Venetos trāſfugit, relicto regno Ioāni Galeatio Vicecomiti, & Mediolani duci. ibidē. 26.
Antonius & Brunorius filii Guilielmi Canis Grandis ſecundi. ibidem. 31.
Apuliam infideles ſæpius inuaſerūt. 42.4 a
Aquileia ab Atyla diruta. 41 13.a
Arcus quāplurimi Veronæ quo tempore erecti. 14.38.a
Arcus in regione Bonum quando conſtructus fuerit. 14.5.b
Arena Veroñ. quæ & Labyrinthus. 13.31.b

Arena Veroneñ. quando conſtructa fuerit, ibidem.28.et.33.
Arenæ Veroñ, pars exterior terremotibus corruit. ibidem.34
Arnulphus rex Gotthorum ſucceſſit Halarico. 41.7.a
Arnus fluuius. 4.11.a
Aſcatades.XVIII.rex Aſſyriorū. 5.35.a
Athesis flumen Veronam interfluens 6.25.a et.28.
Athesis omnium amœniſſimus. 5.38.b.
Athesis, Atrianum flumen alias appellatus ibidem.35.
Athesis olim urbem Veroná nõ interſecabat, ſed prope mœnia labebatur. 6.39.a
Athesis quo tempore tãtum excreuerit ut murorum pars foſſæ caſtri ueteris apud tẽplum diui Zenonis, deiecta fuerit, ibidem.32
Athesis quo tempore tñ, excreuerit, ut aqua ſupremas baſylicæ diui Zenonis feneſtras pertingeret. ibidem.38
Atria colonia. ibidem.7
Atria colonia a quibus miſſa. ibidem.14
Atrianus fluuius. ibidem.1
Atrianus fluuius unde. ibidem.8
Atrius unus ex Hetruſcis regibus. 6.14.a
Atyla quo tẽpore cũ maximo Scytharũ exercitu ingreſſus fuerit in Italiam. 41.11.a
Atyla Hunnorum rex Veronam tertio euertit. 41.11.a
Atyla ſuadẽte Leone primo pontifice, ex Italia receſſit. ibidem.15
Auium roſtra in monte reperta. 6.29.b
Aurei nummi Octauiani Cæſaris Tauri figuram impreſſam habebant. 9.11.a
Aureus mons Veroñ. 8.35.a
Aurum Obrizum. 8.23.b
B Apud antiquos. CCC. numerum continebat. 64.4.a
Baletis.XI.rex Aſſyriorum. 5.10.b
Barbarorum germanus mos in omnia ſæuire. 23.1.a
Barbarorum in Italos immanitas ibidem. 2.& inde.
Barbari pœnas atrociſſimas dedere. ibidẽ.9
Barbarorum ſepultura Italia. ibidem.10
Barbarorum complura millia in Veronenſi agro trucidata. ibidem.11
Barbarorum trecenta millia non procul a Benaco in Lugana ſylua a Claudio deleta. ibidem.15.
Bartholemæo ſucceſſit Albuinus ſcaliger. 42.3.b.
Bartholemæus Scaliger ſucceſſit Alberto Scaligero. ibidem.
Bartholemæus, & Antonius Canis Signorii filii. ibidem.15
Bartholemæus Canis Signorii filius occiſus, Antonio fratre mandante. ibidem.16
Beliſarius Iuſtiniani dux in Italiam miſſus cũ exercitu ad fugandos gotthos. 41.2.b
Benacus lydius.i.Thuſcus. 4.8.et.10.a
Benacus lacus Veroñ. Carpionibus, lautiſſimisq; piſcibus abundans. 38.13.b
Berengarius rex. 8.39.a
Bergomates / Brixienſes / Cremonenſes, & extorres Mediolanenſes cum Veronenſibus fœdere coniuncti, Fœdericum imperatorem Germanum, & eius exercitum, ex Italia abſcedere coegerunt. 42.13.a
Bergomum. 3.1.b.
Bethleem Veronenſe. 7.16.b.
Biorgus Halanorum rex in Italiam irrupit. 41.17.a
Brixia. 3.1.b.et.4.30.a
Brixia a Gallis diruta. 4.19.a
Brixia a quibus inſtaurata. ibidem.21.a
Brixia Veronæ inferior. 7.32.b
Brunorius & Antonius filii Guilielmi, Canis grandis ſecundi. 42.31.b
Byzantium, poſt Conſtantinopolis appellatum. 40.25.b
C Centenarium numerũ apud antiquos continebat. 64.5.a
C.pro.G.uſurparunt antiqui. 53.40.b
Caius Marius omnium primus, qui Aquilæ ſigno uſus ſit. 33.15.a
Caius Octauianus qui. 9.17.a
Caluarius mons Veroneñ. 7.14.b
Cameſes quis fuerit. 4.10.b
Cameſes Iani filius Hetruriam poſt Comerũ gallum rexit, & ſceleribus corrupit. 4.31.b
Cameſes a Iano abdicatus. ibidem.33.
Campus Martius Veronæ. quo nec maior ille Romanus. 7.23.b
Canis grandis, dictus canis Franciſcus Veronæ poſt Albuinum dominatus eſt. 41.4.b
Canis grandis ob illius præſtans regimen, Vicetiæ, Parauii, Taruiſii, Feltri, Belluni, Brixiæ, Parmæ, Rhegii, & Lucæ, ultra Veronam potitus eſt imperio. ibidem.5
Canis grandis mors. ibidem.
Cani grãdi Albertus ſecũdus ſucceſſit, ibidẽ.7
Canis grãdis ſecundus, dictus Canis Rabidus ſucceſſit imperio Maſtino ſecũdo, ibidẽ.10.
Canis Grandis ſecundus, a Cane Signorio fratre apud diuæ Euphemiæ baſylicam occiſus. ibidem.11
Cani grandi ſecundo, ſucceſſit Canis Signorius, nũcupatus Canis Franciſcus. ibidẽ.13
Canis Signorius appellatus Canis Franciſcus ſucceſſit Cani Grandi ſecundo. ibidem.13
Canis Signorius pecuniis abũdãs. ibidẽ.14
Canis Signorius quo tẽpore obierit ibidẽ.15

Canis

Canis Signorii filii Bartholomæus, & Antonius. ibidem. 16.
Carolus Francorum rex. 41.29.b
Caſtrum diui Petri a Ioãne Galeatio Vicecomite Mediolani duce, Veronæ ædificatum. 42.27.b.
Caſtrum diui Felicis a Ioanne Galeatio Vicecomite, ac Mediolani duce. Veronæ ædificatum. 42.28.b
Caſtrum uetus Veronæ. 6.35.a
Catulli patria Syrmio. 38.35.a
Catullum Veronæ ortum ſcribit Euſebius. ibidem 38.
Cauernæ in excauãdis foſſis repertæ. 6.12.b
Chytis Ianigenarum rex. 5.31.a
Chytis, Italus dictus, ob ingenii præſtantiam. ibidem. 32.
Cippus pro termino apud antiquos. 54.9.b
Ciuis aliquis Romanus Amphitheatrum Veronenſe condere potuiſſet. 13.13.a
Cleſen Albuini ſucceſſor 41.20.b
Cleſen a Langobardis iugulatus. ibidem. 21
Codeæ in cuiuſdam montis excauatione repertæ. 6.29.b
Coloniæ a Iano p orbẽ diſſeminatæ 4.23.b
Coloniæ, quæ in Hetruria contineri non poterãt, per totam Italiam diſſeminatæ 5.1.a
Coloniæ duæ magnæ in tranſpadanã regionem miſſæ. ibidem. 2
Coloniarum miſſionis trans Padum tempus. ibidem. 30.
Comerus gallus Iapheti filius. 4.23.b
Comerus Gallus quonam tempore, cum Crano Racenuo miſſus fuerit cum coloniis, ad complendam Italiam, ibidem, & inde.
Comerus Gallus Vmbros, & Hetruſcos auxit. ibidem. 27.
Comites ſancti Bonifacii factioſi. 42.22.a
Comites ſancti Bonifacii in patriam Veronã reuertentes Maſtinum Scaligerum interfecerunt. ibidem. 39.
Comites ſancti Bonifacii a populo Veronẽſi expulſi. ibidem. 40 & inde.
Comum ante Gallorum in Italiam aduentum, conditum. 3.15.b
Comum Veronæ poſtpoſitum cum Brixia, Mantua, ac Rhegio. 7.32.b
Conchæ in quodam monte repertæ. 6.28.b
Conchæ, quantum ad id, quod intus eſt, non plane animal referunt. 7.30.a
Concordia ciuitas ab Atyla euerſa. 41.13.a
Conſtantinopolis, quæ prius Byzantium, a quo nomen ſortita ſit. 40.26.b
Cornelii Nepotis patria, & quot uolumina ille conſcripſerit. 38.2.b
Cornelius Nepos ubi locorum natus ibidẽ. 6
Cornelii Balbi Theatrum Romæ poſitum. 14.31.a.
Cranus Racenuus quis fuerit. 4.25.b
Cremonenſes ſimul & Bergomates, cum Brixienſibus, Mediolanenſibus, & Veronẽſibus fœdere coniuncti, Fœdericum Germanum Imperatorem, & eius exercitũ ex Italia decedere coegerunt. 42.13.a

D Apud antiquos. CCCCC. numerum ſignificabat, ſicut. A. 64.6.a.
D, et T. inter ſeſe germanitas. 6.17.a
Dactyli in mediis mõtibus naſcuntur, & inde excauantur. 7.14.a
Dardanus interfecit fratrem Iaſium. 5.33.a
Dardanus Troianorũ regni ꝯditor ibidẽ. 34
Deſiderius ultimus Langobardorum rex 41.26.b.
Deſiderius multa detrimenta intulit in eccleſiam. ibidem. 27
Deſiderius a Leone pontifice, expugnata Papia captus. ibidem 35
Deſiderio capto, ciuitates omnes Lõbardiæ ſub eccleſiæ regimine relictæ ſunt ibidẽ. 36
Diues quis appellari deberet ſecundum. M. Craſſum. 13.17.a

E Apud antiquos ducentum & quinquaginta ſignificabat. 64.7.a
Eccelinus quis fuerit. 42.24.a
Eccelinus a Monticulis in auxilium uocatus. ibidem. 25.
Eccelinus multo inſtructo exercitu, Monticulis implorantibus, Comitum ſancti Bonifacii factionem, & ambitionem contriuit. ibidem. 26.
Eccelinus a populo Veronenſi præfectus appellatus. ibidem. 28
Eccelinus in Monticulos tyrannidem exercuit. ibidem. 29
Eccelinus Monticulos omnes in ſuo palatio congregatos iuſſit interfici, nec eiuſdem factionis infantibus pepercit. ibidem. 30
Eccelinus Mõticulorum turres, & propugnacula deſtrui mandauit. ibidem. 31
Eccelinus tyrannus effectus omnem Veronæ ciuitatis nobilitatem ſuſtulit. ibidem. 32
Eccelinus uno die duo millia ciuium iuſſit interfici. ibidem. 33
Eccelinus prope Adduã occiſus. ibidem. 34
Eccelinus Soncini ſepultus. ibidem. 34
Eccelino mortuo Verona ad populare regimen redacta. ibidem. 35
Eccleſia ab Othone liberata. ibidem. 4
Echini lapidei in cuiuſdam montis excauatione reperti. 6.28.b
Echini Codeæ, Paguri, Conchæ, ſtellæq; piſces cur in lapides indurentur, & triplex de ea re ratio, ſiue opinio philoſophorum. 7.2.a & inde.

Endelechia per d, & t, indifferenter ſcribi. 6.19.a.
Euchius qd apud ueteres ſignificet. 56.28.a
Euganei qui. 5.2.b
Euganei cum quo in Italiam aduentarint. ibidem 3.
Euganei, quam incoluerint regionẽ ibidẽ. 4.
Euganei ab Antenore, & Henetis expulſi. ibidem. 5.

F Apud antiquos numerum. XL. continebat. 64.8.a
Flauiorum familia Veronenſis. 28.8.a
Flumina urbibus antiquiora. 6.11.a
Foedericus imperator Germanus multa intulit detrimẽta, & Romæ, & Italiæ. 41.39.b & inde.
Foedericus imperator germanus potitus fuit Lombardia, & Piceno. 42.7.a
Foedericus cur miſerit exercitum ad debellandos Veronenſes. ibidem. 10.
Foederici exercitus, a Veronenſibus fugatus. ibidem. 16.
Foedericum & eius exercitum, Brixienſes. Cremonenſes, Bergomates, & extorres Mediolanenſes cum Veronenſibus foedere coniuncti, fuſum, fugatumq́; ex Italia diſcedere coegerunt. ibidem.
Fons ferreus Veronæ. 6.6.b
Franciſcus Carrarienſis. 42.30 b
Franciſcus Carrarienſis per portam diui Antonii in Curriculari uia poſitam, Veronam ingreſſus eſt. ibidem. 34
Franciſcus Carrarienſis quot annos Veronæ dominatus ſit. ibidem. 40.

G Quadringentenum numerum ſignificat apud ueteres. 64.9.a
Gallus quid Sagarum lingua ſignet. 4.12.b
Gallorum in Italiam aduentus, quænam fuerit cauſa. 3.37.a
Gibertus Veronenſis Antiſtes. 3.9.a
Gladiatorium munus Veronenſibus Maximus Africanus conceſſit. 14.9.a
Gneus Strabo primus deduxit colonias tranſpadanas. 14.2.b
Gotthi multis conflictibus fuſi a Beliſario Iuſtiniani duce. 41.3.b
Gotthorum dux apud Rauennam a Beliſario captus. ibidem. 3.
Gotthorum rex Ildoualdus. ibidem. 5.
Gotthi qui reliqui erant in regione tranſpadana, creato rege inter ſeſe Ildoualdo nobili, tunc Veronæ commorante, exercitu inſtaurato, maximam partem Italiæ recuperarunt. ibidem. 4.
Gotthi ex Italia pulſi a Narſete Eunucho. ibidem. 9.
Gotthis ex Italia fugatis Veronenſes populari uſi ſunt regimine. ibidem. 13
Guilielmus filius Canis grandis ſecundi Veronam recuperauit. 42.30.b
Guilielmus per quam portam Veronam ſit ingreſſus, & quo tempore. ibidem. 31.
Guilielmus a Franciſco Carrarienſi nephandiſſimæ morti traditus. ibidem. 4.
Guilielmi filii Brunorius, & Antonius ibidẽ. 9
Guilielmi filii a Frãciſco Carrarienſi in caſtro montis filicis crudeliſſime cõcluſi ibidem. 3
Guilielmi mortem iuſtiſſimi Veneti ægre tulerunt. 43.1.a

H Ducentenum numerũ cõtinebat apud priſcos. 64.10.a
Halani Biorgo rege ĩ Italiã uenere. 41.16.a
Halani a Rhetinere, inter Benacum, & Bergomum trucidati. ibidem. 17
Halarius primus Gotthorum rex. 40.30.b
Halarius totã depopulatus eſt Italiã. 41.5.a
Halaricus Romam eſt ingreſſus. ibidem.
Halarico ſucceſſit Arnulphus rex. ibidem. 7
Hãnibal Poenorum dux cum exercitu in Italia exiſtens. 30.9.b
Heneti olim, qui nunc Veneti. 5.5.b
Hercules Oſyridis filius, quo tempore in Italiam ſe contulerit. 5.10.b
Hercules Libyus. ibidem. 3.
Hercules Libyus in Italia. XX. annis pacifice regnauit. ibidem. 13.
Hercules Libyus oppida nõnulla in Italia ſundata a ſuo nomine, & cognomine denominauit. ibidem. 14.
Hercules Libyus loca aq̃s impedita, hominũ habitationi commoda fecit. ibidem 15
Hercules Libyus per ætates quinque ante natus q̃ Hercules Amphytrionius natus eſſet in græcia. ibidem. 16
Hercules Amphytrionius. 5.9.b & ibidẽ. 17
Hercules Amphytrionius magnus pirata. ibidem. 17.
Herculis Amphytrionii mors ibidẽ. 18
Hetruria ciuitas, q̃ & Volturrena dcã. 5.18.a
Hetruria pria Tyrrhenoꝝ tetrapolis ibid. 22
Hetruria a Comero Gallo Iapheti filio aucta. 4.22.b.
Hetruria poſt Comerum Gallũ a Cameſe recta, & ſceleribus corrupta. ibidem. 31.
Hetruſci unde dicti. 5.25.a
Hetruſci antiquiſſimi in Italia. ibidem. 19
Hetruſci aureo ſeculo nati. ibidem. 20.
Hetruſci multarũ coloniarũ autores. 5.17.a
Hieronymus Fracaſtorius preſtãtiſſimus philoſophus. 6.38.b
Homines aureo ſæculo in montibus habitãtes. ibidem. 15
Hoĩum numerus, q potuiſſent in Amphitheatri Veroñ. gradibus ꝯſedere. 15.4.a. et. 15.

Horeſtes Auguſtuli pater ab Odoarco occiſus. 41.23.a
Horologii nocturni inuentor. 38.18.b
Hoſtilia ubi locorum. 41.31.a
Hoſtilia oppidum Veronenſe. ibidem.
Humorem quendam in mõtibus alicubi ſalſum, & uarium eſſe. 7.12.a
I Vnum ſignificare. uel cum. C. ducẽtenum numerum continere. 64.11.a
Iacobus Villafranca Verõ. 3.25.a
Ianus Priſcus ab Italis ꝑ deo habitus. 4.8.b
Iani templum. 9.7.a
Iano regnante Aurea uixit ætas. 4.14.b
Ianus dictus etiã Ogyges Priſcus. Noab, ſeu Noe. ibidem.9.
Ianus ubi locorum ſuperextiterit a Diluuio. ibidem.11.
Iani in Italiam aduentus. ibidem.16
Ianus quã Italiæ partẽ occupauerit. ibidẽ.17
Ianus colonias ꝑ orbẽ diſſeminauit ibid.23
Iani filii tres. ibidem.10
Ianigenæ unde dicti. 5.38.a
Ianigenæ poſtea appellati fuerunt Tyrrheni, deinde Thuſci. 5.30.a
Iaphetus quis? 4.10.a
Iaſius Dardani frater. 5.33.a
Ieſuati Verõ. 8.6.a
Ildoualdus Gotthorum rex. 41.5.b
Ildoualdus Veronæ dñatur. ibidẽ. 10. & inde
Imperium quo anno ſit in Germanos tranſlatum. 42.1.a
Infideles Romanam ſedẽ infeſtantes. ibidẽ.3
Infideles Apuliam inuaſerunt. ibidem.4
Inſulæ a Mari fieri. 7.37.a
Inſubrum Metropolis Mediolanũ. 7.12.a
Ioannes Antonius Pautheus Verõ. 39.3.a
Ioannes Nicola Capella Verõ. 23.40.a
Ioãnes Carottus graphidis peritiſſim⁹. 8.8.a
Ioannes Galeatius Vicecomes, Mediolani dux 42.23.b.
Ioannes Galeatius Antoniũ Canis Signorii filiũ regno priuauit. ibidem.26
Ioannes Galeatius Verona potitus. ibidem
Ioannes Galeatius quonã pacto dominiũ ciuitatis Veronæ ꝯſecutus ſit. ibidẽ.23. & inde.
Ioannes Galeatius quot annos Veronæ dominatus ſit. ibidem.27.
Ioannes Galeatius quænam Veronæ conſtruxerit. ibidem.28.
Italia Priſca aras/ritus/diuinatiões/ colonias, & diſciplinas ab Hetruſcis accepit. 5.25.a
Italia Barbarorum ſepultura. 23.10.a
Italiæ rex Odoacer a romanis dict⁹ 41.23.a
Italiæ multa detrimenta a Fœderico imperatore Germano illãta. 41.38.b
Iuppiter Belus. 4.36.b
L Quinquaginta ſignificat. 64.14.a.
λ, apud Veteres qd ſignificaret. 58.54.a
Labyrĩthus Verõ. q nũc Arena dr̃. 13.32.b
Lacus Larius. 5.7.a.et.13.
Lacus Larius unde. ibidem.7
Langobardi poſt Gotthos in Italiam uenerunt. 41.16.b
Lãgobardi poſt Gotthos Verona potiti ſunt. ibidem.17.
Langobardoꝝ triginta tyranni. 41.21.b
Langobardorum tyrannorum nephanda facinora. ibidem.22. & inde
Langobardi qũo ex Italia pulſi. 41.25.b
Leo Pontifex, Romanis annuẽtibus trãſtulit imperiũ ad Caroliũ frãcoꝝ regẽ. 41.28.b
Leo Pontifex duobus exercitibus coniunctis, uenit in Italiã contra Deſideriũ. ibidem.29
Leo Pontifex expugnauit Papiã. ibidem.35.
Leo Pontifex Deſiderium & prælio uicit, & cepit. ibidem.
Leſtrigones a Libyo Hercule Oſyridis filio, ex Italia pulſi. 5.12.b
Libyus, Hercules Oſyridis fili⁹ dict⁹. 5.12.b
Ligna lapideſcere. 6.31.b
Lombardia unde dicta. 41.24.b
Lombardiæ ciuitates omnes capto Deſiderio Langobardorũ rege a Leone Pontifice, ſub eccleſiæ regimine relictæ. ibidem.35
Lucius Vitruuius Architectus Veronẽ. 20.19.a.et.38.17.a.
Luculli Romani in Syrmione ſtructura. 14.38.a.et.39.14.a.
Ludi naualesꝑpe Theatrũ Verõ. fiebãt. 8.31.b
M Mille ſignificare. 64.15.a
Mãcale⁹ rex. XIIII. Aſſyriorũ. 5.31.a
Mantua. 7.36.b
Mantua Veronæ inferior. 7.31.b
Marcelli Theatrum Romæ. 14.30.a
Marchio Mantuæ cum Venetis ſe Veronam contulit. 43.1.a
Marchio Mantuæ cum Venetis Veronam ingreſſus. ibidem.2
Marcus Craſſus. 13.16.a
Marmora diuerſa Veronenſi in agro excauari. 13.23.b
Marmor priſco tempore non in frequenti uſu. 30.2.b
Martius Campus Verõ. quo, nec qui Romæ eſt, maior. 7.23.b
Maſtinus Scaliger a populo Veronenſi prætor electus. 42.37.a
Maſtinus Scaliger a Comitibus ſancti Bonifacii interfectus. 42.40.a
Maſtini frater Albertus, pulſis Comitibus ſancti Bonifacii, a populo Veronenſi dux delectus. ibidem.1.b
Maſtinus ſecundus ſucceſſit imperio Alberto ſecundo. ibidem.9.
Maſtino ſecundo ſucceſſit Canis Grandis dictus Canis Rabidus. ibidem.11

Maximiliani Cæſaris imperio Verona addita. 43.9.a
Maximilianus Cæſar Veronam Venetis reſtituit. ibidem.11
Maximus Africanus. 14.9.a et.12.et.18.
Maximꝰ Africanꝰ a Veroneſibꝰ dilectꝰ. ibid.13
Maximus Africanus Veroneſem habuit uxorem. ibidem.14.
Maximus Africanus gladiatoriũ munus Veronenſibus conceſſit. ibidem.9 et.13
Mediolanum prius Olanũ appellatũ.3.16.b
Mediolanum unde. ibidem.17.
Mediolanũ Inſubrũ Metropolis. 7.12.b
Mediolanum ante Gallorum in Italiam aduentum conditum. 3.17.b.
Mediolanum a Gallis dirutum. 4.19.a
Mediolanũ a qbus inſtauratũ. ibidem.21
Mediolanum ab Atyla dirutum. 41.14.a
Mediolanũ a Fœderico Germano imperatore ſolo æquatum. 42.15.a
Mediolanenſes extorres, Cremonenſes, Brixienſes, Bergomates cum Veronenſibus fœdere coniuncti Fœdericum imperatorem germanum, & eius exercitum ex Italia diſcedere coegerunt. ibidem.14.
Mediolanenſes/Cremonenſium, Placẽtinorũ, & Veronenſium auxilio, urbem ſuam Mediolanum reædificarunt. ibidem.16.
Mediolani Dux Ioannes Galeatius Vicecomes. ibidem.23.b
Mediolani ducis exercitus præfectus Nicolaus Picgninus. 43.5.a
Medus quis. 3.16.b
Megeræ Marmoreum caput inuentũ in murorum Veroñ. demolitione. 23.5.b
Mincius fluuius agri Veronẽſis. 30.12.b
Mons Aureus. 8.34.a
Mons diui Ioãnis. 3.21.a
Montes a mari factos eſſe. 7.35.a
Mõticulorum familia factioſa.42.22.a & ide
Mõticuli auxilio Eccelini uictores contra comites. s Bonifacii. ibidem.24.& ide.28.
Monticuli omnes in palatio Eccelini congregati occiſi. ibidem.29.
Mõticulorum nemini Eccelinus pepcit. ibid.30
Mõticulorum turres, & propugnacula iuſſu Eccelini diruta. ibidem.31.& inde.
N Apud græcos quinquagẽtenũ nũerũ ptinet et apud latios nonagĩtenũ.64.6.a
Nares eunuchus dux. 41.7.b
Narſes Eunuchus urbem Veronam liberam dimiſit. ibidem.13.
Natura i aĩantiũ genituris nõ ſolũ neceſſaria ẽ, ſed & pulchritudinis ſtudioſa. 2.11.b
Natura in mari terreſtrium animalium ſpecies imitatur. 7.15.a
Nauales ludi ppe Theatrũ Veroñ. fiebãt 8.38 b
Nazareth Veronenſis urbis. 7.15.b
Nihil ſub ſole perpetuum. 40.7.b
Nicolaus Piceninus præfectus exercitꝰ ducis Mediolani, noctu Veronã intrauit. 43.5.a
Nicolaus Piceninus ex Verona a Venetis fugatus. ibidem.
Noab ſeu Noe Iani nomen. 4.9.b
Nummi Octauiani Cæſaris Tauri figuram impreſſi. 9.11.a
O Vndenariũ numerũ ꝯtinere. 64.17.a
O, pro. V. uſi ſunt antiqui. 54.33.b
Obrizum aurum. 8.23.b
Ocnus Mantus filius. 4.10.a
Octauia Octauiani Cæſaris ſoror. 9.16.a
Octauia uxor maioris Agrippæ. ibidem.9
Octauianus. ibidem.10.
Octauiani aureorũ nũmorũ ĩpreſſio. ibid.11
Octauiano Cæſare Augusto imperante Theatrum Veroñ. ædificatum. ibidem.21
Odoacer Erulorũ, & Turgulinorũ dux.41.20.a
Odoacer Atylæ regis reliquias exercitus in Italiam duxit. ibidem.21
Odoacer quo primum pugnerit. ibidem.23
Odoacer Romam profectus a Romanis rex Italiæ dictus. ibidem.24
Odoacer a Theodorico Oſtrogotthorũ rege apud Aquileiã ꝑlio ſuperatus. 41.29.a
Odoacer iterum apud Hoſtiliam a Theodorico uictus ibidem.28
Odoacer apud Rauennam a Theodorico interfectus. ibidem.30
Ogyges Iani nomen. 4.9.b
Ollus apud antiquos, pro ille. 60.12.b
Oppida in Italiã nonnulla ab Herculis Libyi noie & cognomine denominata. 5.13.b
Orcheſtra. 8.24.a
Orelia porta ẽ cãpo Martio Veroñ.42.32.b
Oreliã p portã Veronã ingreſſus fuit Guilielmus Scaliger Canis grãdis ſecũdi filꝰ. ibidẽ.
Origo nulla ante Ianum in Italia. 4.19.b
Orobiæ Coloniæ. 3.14.b
Oſſa lapideſcere. 6.31.b
Oſtreæ in montis cuiuſdam excauatione repertæ. 6.29.b
Oſtrogotthi poſt Atylam in Italiam ſe contulere. 41.25.a
Otho primus Saxoniæ dux. 42.2.a
Otho Saxoniæ dux impator electus. ibidẽ.3
Otho impator infideles Apuliã, & Romanã ſedẽ inuadẽtes fudit, & fugauit. ibidem.4
Otho Eccleſiam liberauit. ibidem.
Otho a Sũmo Pontifice auguſta corona inſignitus. ibidem.5
Othoni imperium datum. ibidem.
P Cum. S. Septenarium numerum ſignare. 64.18.a
Pacificus Archidiaconus Veroñ. inuentor Horologii nocturni. 38.18 b
Pacificus Archidiaconus quot uolumina cõpoſuerit. ibidem.19
Pagurus lapideus. 6.28.b.et.7.1.a

Pandulphus Malateſta. 42.30.b
Papia ab Atyla euerſa. 41.14.a
Papia iterum ab Odoacro diruta ibidē.23
Paronæ pagus. 8.33.a
Parauium ab Atyla euerſum. 41.13.a
Perticæ menſura apud oēs nō eadē. 34.4.a
Perticæ Veronenſis longitudo. ibidem.7
Pertica in ſex partes, i. ſex pedes diuiſa. ibidem
Perticæ quælibet pars in duodecim particulas, ideſt uncias ſecatur. ibidem 9
Phanum diui Ioannis Veroñ. 7.16.b
Philippus imperator quum a Decii militibus interfectus fuit Veronæ agēbat. 23.8.b
Plinium proculdubio fuiſſe Veroñ. 38.22.a
Plinius tm̄ meminit de aliq̄bus Theatris Romæ exiſtentibus. 14.11.a
Plinii tempore Theatra Marcelli, & Cornelii Balbi Romæ fuerunt. ibidem.30
Plinius de Theatris Marcelli, & Cor. Balbi nō meminit. ibidem.3.b
Pomponius Secundus Veronenſis. 38.16.b
Pons nouus Veronæ. 5.32.b
Pons caſtri Veteris. 6.31.a
Porta diui Antonii Veronæ ī curricularii uia poſita. 42.34.b
Portius Cato rerum Italicarum diligentiſſimus inquiſitor. 39.b
Portius Cato Iuſtino, & Trogo præpoſitus. ibidem. 11.& inde.
Proſcœnium. 8.24.a
P. Corneli⁹ triūphauit de Inſubrib⁹ 30.12.b
Q. quinquagentenū numerū perſcribit. ſicut & A, & D. 64.18.a
Quadraginta homines in Theatrali demolitione repentina ſimul necati. 8.5.b
R. Octidenū numerū continere. 64.19.a
Regiōes ac loca, ut plūm, noīa mutāt, & aſſumūt eadē a regibus. 3.25.b.et.5.38.a
Regium Veronæ poſtpoſitum. 7.32.b
Rhadagaſius rex Gotthorum. 40.32.b
Rhetus Thuſcorum dux. 3.2.b
Rheti unde dicti. ibidem.3
Rheti a Gallis pulſi. 3.40.a. & inde.3.b
Rheti unde. 3.26.b
Rhetorum colonia in tranſpadanam regionem miſſa. 5.4.a
Rheti imperium uſq; ad Atheſim extenderunt. ibidem.5
Rheticum Vinum. 38.38.b
Rhetica uina ī agro Veronēſi ꝑduci ibid.39
Rhetica uina falernis tm̄ a Vergilio poſtpoſita. ibidem.40
Romana ſedes ab infidelib⁹ infeſtata. 42.3.a
Romę, toti deniq; Italiæ mīta detrimēta illata a Fœderico impatore Germano. 40.40.b
Romani priſci litteris pro notis arithmeticis uſi ſunt. 64.1.a
S. Septidenū numerū continere, uel paulo plus. 64.20.a
Samuel Hebre⁹ Halarici ꝑfectus. 41.2.a
Samuelis interitus. ibidem.3
Saturnus dictus ſabatius Saga. 4.35.b
Saturnus frater Nembroth Saturni Babylonici. ibidem.36.b
Saturnus Iouis Beli patruus. ibidem.
Saturnus Iouis Beli fugiens arma in Italiam conceſſit. ibidem.37.
Scaligerorū familię Veroñ. nobiles. 42.36.a
Scaligeroꝝ dñiū ī Veronā q̄ñ finitū. 42.19.b
Scœna recta. 8.24.a
Sedes Romana ab īfidelib⁹ infeſtata. 42.3.a
Senus quis. 4.10.b
Senectus omnia debilitat. 13.20.a
Spectacula, & gladiatorios ludos in Amphitheatris fieri conſueuiſſe. 14.5.a
Spellum Thuſciæ oppidum. 13.18.b
Stellæ piſces in montibus inueniri. 6.28.b.
Stilico ꝑfectus cū exercitu miſſus in Italia ab Arcadio, & honorio coñ. Halaricū. 40.39.b
Syrmio oppidum Veronenſe in Benaci peninſula. 38.35.a
Syrmio Catulli patria. 38.34.a
Syrmium Dalmatiæ oppidum. ibidem.36
T. Sexdenarium ſupra centum numerum continere. 64.21.a
T, et D. inter ſe germanitas. 6.17.a
Templum diui Petri. 9.6.a
Templum Iani. ibidem.7.
Theatrorū, & Amphitheatrorū ꝯſtructio & uſus, ī grecia, & Italia ātiq̄or, q̄ romę. 13.1.b
Theatra ab imperatoribus, & principibus per urbes ædificati conſueuiſſe. 14.36.a
Theatra antiquiſſima in compluribus urbibus reperiri. 14.16.b
Theatrum Veronenſe. 7.22.b.et.8.10.a
Theatri ueronēſis ſymmetria 37.11.a et ide
Theatri Veronēſ. longitudo, & latitudo. ibidem, & inde.
Theatri Veroñ. demolitio, quo tpe ſcā. 8.38.a
Theatrū Veroñ. in demolitione, quot homines interfecerit. ibidem.5.6
Theatri Veroñ. autor. 9.21.a.et inde.
Theatrum Veroñ. tempore Octauii Cæſaris ædificatum. ibidem.33.
Theatrum admirabile olim iuxta muros Placentiæ poſitum. 14.27.a
Theodoricus Oſtrogotthoꝝ rex. 41.27.a
Theodoricus Odoacrum prope Aquileiam prælio uicit. 41.29.a
Theodoricus Veronam profectus urbem muniuit. ibidem.36
Theodoricus cum Odoacro iterum manus conſeruit apud Hoſtiliam. ibidem.32
Theodoricus Odoacrū bello ſuperauit. ibidē
Theodoricus apud Rauennam Odoacrum interfecit. ibidem.7
Theodoricus Odoacro interfecto Italiæ rex ibidem.

Theodoricus Rauēnæ obiit, ibidemq́; ſepultura affectus. ibidem.6
Thuſci duce Rheto Alpes occupauere. 3.3.b
Thuſci a Gallis expulſi. 3.40.a
Thuſco℞ nōie Ianigeni poſtea appellati. 5.1.b
Thuſculanum unde. 4.9.a
Triodatus Oſtrogotthorum rex. 38.32 b
Tranſpadana regio antiquiſſimorum Thuſcorum ſedes. 3.37.b
Tridentum. 3.1.b
Tyranni triginta a Langobardis inter ſeſe creati. 41.21.b
Tyrāni Langobardorum totam inter ſe partiti ſunt Italiam. ibidem.22.
Tyrrheni ſoli in Italia uetuſtiſſimi. 5.22.a
Tyrrhenorū prīa tetrapolis Hetruria. ibidem
Tyrrhenorum nōie appellati Ianigenæ, deīde Thuſci. ibidem.40
V. quinquenariū numerū ſignīt. 64.22.a
Valerianus cum Gallieno filio aliquot annos imperauit. 23.9.b
Vallis dominica Verōn. urbis. 7.12.b
Vallis Volturrena a quibus dicta. 3.31.b. et.5.13.a
Venetia regio. 5.4.b.
Venetia a quibus habitata. ibidem.5
Veneti nunq̄ a Romanis ſubacti. 13.12.b
Veneti Romanis fœdere coniuncti. ibidem.
Veneti Guilielmi Scaligeri mortem ægre tulerunt. 42.40.b
Veneti cū Mantuæ Marchione, exercitu inſtructo Veronā ſe cōtulere. 43.2.a
Veneti pactis cum ciuibus initis Veronam ingreſſi. ibidem.3.
Veneti trib⁹ dieb⁹ a Nicolao picenino exercit⁹ mediolanēſis pfecto Veronæ uexati. ibid.4
Veneti Nicolaum picenīnum ex Verona fugarunt. ibidem.6
Venetis Verona a Maximiliano Cæſare reſtituta. ibidem.11
Vera Thuſcorū colonia. 3.28.b.et.5.10.a
Vera Thuſcorū familia. 3.32.b.et.5.14.a. 15.b.
Verona unde dicta. 3.32.b.et.5.10.a
Verona Rhetorū.& Euganeorum. 5.8.a
Verona a gallis diruta. 4.19.a
Verona a Breno inſtaurata. ibidem.21
Verona a quibus potuiſſet condi. 5.3.a
Verona ante aduentum in Italiam Antenoris ædificata. 5.7.b
Veronam ante excidium Troiæ ſteriſſe. ibidē.
Verona ex Germanum manibus a Venetis erepta. 6.10.b
Verona parua Hieruſalem dicta. 7.7.b
Verona ualida colonia. 7.37.b
Verona nullius imperio ſubiecta. 13.14.b
Verona urbs antiquiſſima. ibidē.2.2
Verona feraciſſima urbs. ibidem.30
Verona ter a Barbaris ſola æquata. 23.7.a
Verona ter a barbaris incenſa. 34.16.b
Verona a militibus Veſpaſiani ſemel diruta 40.21.b.
Verona a Vero Antonio reædificata. ibidem 10.et.12.et.20.
Veronæ ſecūda euerſio quo tēpore. 41.10.a
Verona tertio euerſa ab Atyla Hunnorum rege. 41.10.a
Veronā uicto Odoacro Theodoricus Oſtrogotthorum rex ſe contulit, illi dedentibus ſe ciuibus. ibidem.29
Verona a Theodorico munita. ibidem.30
Verona poſt Atylæ tertiam demolitionem a ciuibus,& incolis reædificata. ibidem.37
Veronæ dominatus eſt Ildoualdus Gotthorū rex. ibidem.5.et.10.b.& inde.
Veronam Narſes Eunuchus, pulſis ex Italia Gotthis, liberam dimiſit. 41.13.b
Verona Lāgobardi poſt Gotthos potiti ſunt annuentibus ciuibus. ibidem.17
Veronæ Albuinus rex Langobardorū ſedem ſibi ſtatuit. ibidem 18.
Verona potitus eſt Aldogeſius Deſiderii Langobardorum regis filius. ibidem.34
Verona, urbs omnium, quas tenerent Langobardi, munitiſſima. ibidem.33
Verona poſt fugatum ex Italia Fœdericum imperatorem Germanum in diuerſas diſtincta factiones. 42.21.a
Verona defuncto Eccelino Tyranno ad populare regimen redacta. ibidem.34
Veronæ qs poſt Albuinū ſit dñat⁹. 41.20.b
Verona potitus eſt Ioannes Galeatius Vicecomes Mediolani dux. 42.26.b
Veronæ Ioannes Galeatius quot ſit annos dominatus. ibidem.26.
Veronæ quæ Ioannes Galeatius conſtrui iuſſiſſet. ibidem.27.
Veronam Guilielmus Canis Grandis filius recuperauit. ibidem.30.
Veronæ Guilielmus effectus dñs. ibidē.33.
Veronam Franciſcus Carrarienſis ingreſſus eſt. ibidem.34.
Veronæ Franciſcus Carrarienſis quot annos ſit dominatus. ibidem.39
Veronam Veneti cum Mantuæ Marchione exercitu adducto, ſe contulerunt. 33.2.a
Veronam initis cum ciuibus pactis ingreſſi ſunt Veneti. ibidem.3.
Veronam noctu ingreſſus Nicolaus Picēninus. ibidem.5.
Verona Maximiliani Cæſaris imperio addita. ibidem.9
Veronæ Maximilianus Cæſar quot annos imperauerit. ibidem.
Verona a Maximiliano cæſare Venetis reſtituta. ibidem.11

Veronenſes unde dicti. 3.27.b
Veronenſibus gladiatorium munus conceſſit Maximus Africanus. 14.9.a
Veronenſes, Gotthis ex Italia pulſis, regimine uſi ſunt ſunt populari. 41.13.b
Veronenſium fœdus, cum præſidibus, qui a Fœderico Germano Imperatore defecerāt, percuſſum. 42.10.a
Veronēſis ager Thuſcorum ſedes. 4.6.a
Veronēſis ager oium frugū fertilis 38.24.b
Veronēſis agri lōgitudo, & latitudo. 39.5.a
Veronenſi in agro marmora uerſicolora ex cauari. 13.22.b
Vibius Gallus. 23.11.b
Vicetia ciuitas. 3.2.b
Vicetia ab Atyla diruta. 41.14.a
Vina Rhetica ī agro Veroñ. pduci. 38.38.b
Vinum Acinaticum. ibidem. 34.b
Viſigotthi. 40.36.b
Vitruuius architectus Veroñ. 38.12.a
Vmbriam occupauit Ianus. 4.17.b
Vmbri a Comero Gallo Iapheti filio adaucti. 4.28.b
Vmbri in Italia antiquiſſimi. ibidem. 29
Vmbri, qui, & Aborigines. ibidem. 30.
Vnciam quālibet in quatuor partes, id eſt in quatuor minuta diuidi. 37.9.a.
Volturrena, q & Hetruria dicta. 5.20.a
Volturrena uallis quæ. 5.13.a.et.19
Volturrenorum coloniæ in tranſpadana regionem miſſæ. 5.3.a
Volturreni uſq; ad Atheſim imperium extenderunt. ibidem. 5
Vrbium uera ornamenta. 2.18.b
Vrbiculam ciuitatis inſtar Veronæ Ioannes Galeatius Vicecomes, Mediolani dux conſtrui mandauit. 42.28.b
Vuæ agri Veroñ commendatæ. 39.1.a
Vxor maioris Agrippæ Octauia. 9.16.a

X. Numerum denarium apud Veteres continebat, ueluti etiam nunc. 64.23.a

Y. Apud antiquos centum, & quinquaginta nouem, in numerum aſcitum ſignificabat. 64.24.a

Z. Duo millia denotabat apud ueteres. 64.25.a

FINIS.

CHARTARVM ORDO.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

Omnes ſunt duerniones præter C D E F H I K qui ſunt Simplices, & L qui eſt Quaternio, & M qui eſt Ternio.

H. G. S.



VERONÆ EX OFFICINA ANTONII PVTELLETI
M. D. XXXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible]